

# Commentarii In Epistolas D. Pavli Ad Timotheum : [Bullinger, Heinrich], [1536]

## CONTENTS

<i>ARGVMENTVM PRIMAE EPI . . . . .</i>	2
<i>stolae ad Timotheum. . . . .</i>	2
<b>CAP. I.</b>	<b>3</b>
<i><b>P</b>AVLVS apostolus Iesu Christi, iuxta delegationem Dei seruatoris nostri, et domini nostri Iesu Christi, qui est spes nostra, Timotheo germano filio in fide, Gratia, misericordia, pax a Deo patre nostro et domino Iesu Christo domino nostro. . . . .</i>	3
<i>DOCTRINA SANA TRAdenda ecclesiis. . . . .</i>	4
<i>Quemadmodum rogavi te ut remaneres Ephesi cum proficiscerer in Macedonia ita facito ut denuncies quibusdam ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis et genealogiis nunquam finiendis, quae quaestiones praebent magis quam aedificationem dei quae est per fidem.</i>	4
<i>Porro finis praecepti est charitas ex puro corde et conscientia . . . . .</i>	5
<i>bona et fide non simulata, a quibus quod aberrarunt quidam deflexerunt ad uaniloquium, uolentes esse legis doctores non intelligentes quae loquuntur, neque de quibus asseuerant. . . . .</i>	5
<i>Scimus autem quod bona sit lex, si quis ea legitime utatur, sciens illud quod iusto lex non sit posita, sed iniustis et inobsequentibus, impiis et peccatoribus, irreuerentibus et prophanis, patricidis et matricidis, homicidis, scortatoribus. masculorum concubitoribus, plagiaris, mendacibus, periuris, et siquid aliud est quod sanae doctrinae aduersetur secundum euangelium gloriae beati dei quod concre . . . . .</i>	8
<i>ditum est mihi. . . . .</i>	8
<i>Et gratiam habeo, qui me potentem reddidit Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me iudicauit ponendo in ministerium qui prius eram blasphemus et persecutor et uiolentus, sed et misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem. Exuberauit autem supra modum gratia domini nostri cum fide et dilectione, quae est per Christum Iesum.</i>	10

<i>Certus sermo et dignus quem modis omnibus amplectamur, quod Christus lesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego. Verum ideo misericordiam sum adeptus ut in me primo ostenderet lesus Christus omnem clementiam, ad exprimendum exemplar iis qui credituri essent in ipso in uitam aeternam. . . . .</i>	11
<i>Regi autem saeculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo, honor, gloria in saecula saeculorum, Amen. . . . .</i>	13
<i>Hoc praeceptum comendo tibi fili Timothee secundum praecedentes usque ad te prophetias, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam. . . . .</i>	14
<i>Qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt, quorum de numero est Hymenaeus et Alexander, quos tradidi sathanae, ut discant non maledicere. . . . .</i>	15
<b>CAP. II.</b>	<b>15</b>
<i>INSTRVITVR COETVS ECclesiasticus. Adhortor igitur ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus in eminentia constitutis, ut placidam ac quietam uitam degamus cum omni pietate et honestate. . .</i>	15
<i>Nam hoc bonum est et acceptum coram seruatore nostro Deo, qui cunctos homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. . . . .</i>	20
<i>Vnus enim Deus, unus etiam mediator dei et hominum homo Christus lesus, dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus, ut esset testimonium temporibus suis in quod positus sum ego praeco et apostolus? ueritatem dico in Christo non mentior doctor gentium cum fide et ueritate.</i>	23
<i>Volo igitur orare uiros in omni loco, sustollentes puras manus absque iracundia et disceptatione. . . . .</i>	24
<i>Consimiliter et mulieres in amictu modesto cum uerecundia et castitate ornantes semetipsas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis aut uestitu sumptuoso, sed quod decet mulieres profitentes pietatem per opera bona. . . . .</i>	26
<i>Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Caeterum mulieri docere non permitto, neque auctoritatem usurpare in uiros sed esse in silentio. Adam enim prior formatus est, deinde Eua, et Adam non fuit deceptus, sed mulier seducta fuit per praeuaricationem: salua tamen fiet per generationem liberorum, si manserit in fide ac dilectione et sanctificatione cum castitate. . . . .</i>	27
<i>DESCRIPTIO EPISCOPI ET familiae eius. . . . .</i>	29
<b>CAP. III.</b>	<b>29</b>
<i>Indubitatus sermo, Si quis episcopi munus appetit bonum opus desiderat. Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, uigilantem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendum, non uinolentum, non percussorem, non turpiter lucrum cupidum, sed aequum, alienum a pugnis, alienum ab auaritia, . . . . .</i>	29

<i>qui suae domui bene praesit, qui liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia. Quod si quis propriae domui praeesse non nouit, quomodo ecclesiam dei curabit?</i> . . . . .	35
<i>Non nouitium, ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum et bonum habere testimonium ab extraneis ne in probrum incidat et laqueum calumniatoris.</i> . . . . .	36
<i>Ministros itidem compositos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpiter lucri audios, tenentes mysterium fidei cum pura conscientia. Atque hi probentur prius, deinde ministrent sic ut nemo possit illos criminari.</i> . . . . .	37
<i>Vxores similiter modestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus</i> . . . .	38
<i>Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis recte praesint et propriis familiis. Nam qui benc ministrauerint gradum sibi bonum acquirunt et multam libertatem in fide quae est in Christo Iesu.</i> . . . . .	39
<i>Haec tibi scribo sperans fore ut ueniam ad te cito, quod si tardius uenero ut noris quomodo oporteat in domo dei uersari quae est ecclesia dei uiuentis columna et basis ueritatis.</i> . . . . .	40
<i>Et citra contrauersiam magnum est pietatis mysterium, Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, praedi . . . . .</i>	41
<i>catus est gentibus, fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria.</i> . . . .	41
<i>DE DOCTRINIS DAEMONIORVM.</i> . . . . .	43
<b>CAP.III.</b>	<b>43</b>
<i>Spiritus autem certo loquitur quod in posterioribus temporibus descendent quidam a fide, attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis daemoneorum, per simu . . . . .</i>	43
<i>. . . . .</i>	43
<i>lationem falsiloquorum cauterio notatam habentium conscientiam, . . . . .</i>	43
<i>prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere a cibis quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarumactione fidelibus, et his qui cognouerunt ueritatem quod quicquid creauit Deus bonum sit et nihil reiiciendum si cum gratiarumactione sumatur.</i> . . . . .	44
<i>Sanctificatur enim per sermonem Dei ac precationem.</i> . . . . .	44
<i>OFFICIA ET INSTITVTIO Episcopi.</i> . . . . .	47
<i>De his si commonefeceris fratres bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus fidei bonaeque doctrinae, quam usque sequutus es. Caeterum prophanas et aniles fabulas reiice, quin potius exerce temetipsum ad pietatem.</i> . . . . .	47
<i>Nam corporalis exercitatio paululum habet utilitatis, at pietas ad omnia utilis est, ut quae promissiones habeat uitae praesentis et futurae.</i> . . . . .	48
<i>Indubitatus sermo dignusque qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc et laboramus et pro . . . . .</i>	49
<i>bris afficimur quod spem fixam habemus in Deo uiuente qui est seruator omnium hominum maxime fidelium.</i> . . . . .	49

<i>Praecipe haec et doce. Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed esto forma fidelium in sermone, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate. Donec uenero attende lectioni, exhortationi doctrinae. . .</i>	50
<i>Ne neglexeris quod in te est donum quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum autoritate sacerdotii. . . . .</i>	52
<i>Haec exerce, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit in omnibus. Attende tibi ipsi et doctrinae, persiste in his. Nam id si feceris te ipsum seruabis et eos qui te audierint. . . . .</i>	53
<b>CAP.V.</b>	<b>53</b>
<i>Seniorem ne saeuus obiurges, sed adhortare ut patrem, iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres, iuniores ut sorores cum omni castitate. . . . .</i>	53
<i>Viduas honora, quae uerae uiduae sunt. Quod si qua uidua liberos aut nepotes habet, discant primum propriam domum pie tractare et uicem rependere maioribus. Hoc enim est honestum et acceptum coram deo. . . . .</i>	54
<i>Porron quae uere uidua est ac desolata, sperat in Deo et perseuerat in obsecrationibus ac precationibus noctu dieque . Porro quae in delitiis uersatur ea uiuens mortua est. Et haec praecipe ut irreprehensibiles sint. Quod si quae suis et maxime familiaribus non prouidet, fidem abnegauit et est infideli deterior. . . . .</i>	55
<i>Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis hominum testimonio comprobata, si filios educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministravit, si in omni opere bono fuit assidua. . . . .</i>	57
<i>Porro iuniores uiduas reïce, cum enim lasciuire coeperint aduersus Christum, nubere uolunt, ha . . . . .</i>	58
<i>bentes condemnationem quod primam fidem reiecerint, simul autem et otiosae discunt circumire domos, imon non solum otiosae uerumetiam garrulae et curiosae, loquentes quae non oportet. . . . .</i>	58
<i>Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare aduersario ut habeat maledicendi cau . . . . .</i>	59
<i>sam. lam enim nonnullae deflexerunt sequutae Sathanam. . . . .</i>	59
<i>Quod si quis fidelis aut si qua fidelis habet uiduas, suppeditet illis et non oneretur ecclesia, ut his quae uerae uiduae sunt suppetat. . . . .</i>	60
<i>Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime ii qui laborant in sermone et doctrina. Dicit enim scriptura, Boui trituranti non obligabis os. Et, Dignus est operarius mercede sua. . . . .</i>	61
<i>Aduersus presbyterum accusationem ne admiseris nisi sub duobus aut tribus testibus. Eos peccant coram omnibus ardue, ut et caeteri timorem habeant. . . . .</i>	63
<i>Obtestor in conspectu dei et domini Iesu Christi et electorum angelorum ut haec serues sine praecipitatione iudicii, nihil faciens iuxta propensionem animi, . . . . .</i>	64
<i>Manus cito ne cui imponas, ne que communices peccatis alienis. Temetipsum purum serua. . . . .</i>	64

<i>Ne posthac bibas aquam, sed uino paululo utere propter stomachum tuum et crebras tuas infirmitates. . . . .</i>	65
<i>Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam uero et subsequuntur. Consimiliter et bona opera prius manifesta sunt, et ea quae secus habent occultari non possunt. . . . .</i>	66
<b>CAP. VI.</b>	<b>67</b>
<i>Quicumque sub iugo sunt serui suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen dei et doctrina male audiat. Qui uero fideles habent dominos ne contemnant, sed magis inseruiant quod fideles sint ac dilecti qui beneficentiae par . . . . .</i>	67
<i>ticipes sunt. . . . .</i>	67
<i>Haecdoce et exhortare. Si quis . . . . .</i>	69
<i>diuersam sequitur doctrinam et non accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens circa quaestiones et disputationum pugnans. . . . .</i>	69
<i>Ex quibus nascitur inuidia, contentio, maledicentia, suspitiones malae, superuacaneae conflictationes hominum mente corruptorum, et quibus adempta est ueritas, qui existimant quaestum esse pietatem. Se iungere ab his. . . . .</i>	70
<i>Est autem quaestus magnus pietas cum animo sua sorte contento. Nihil enim intulimus in mundum, uidelicet nec efferre quicquam possumus, sed habentes alimenta et quibus tegamur his contenti erimus. . . . .</i>	71
<i>Caeterum qui uolunt ditescere incidunt in tentationem et laqueum, et cupiditates multas, stultas ac noxias, quae demergunt homines in exitium et interitum. Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniae, quam quidam dum appetunt aberrauerunt a fide et seipsos implicauerunt doloribus multis. . . . .</i>	72
<i>Tu uero homo dei ista fuge, sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam aeter . . . . .</i>	73
<i>nam, ad quam et uocatus es et professus es bonam professionem coram multis testibus. . . . .</i>	74
<i>Praecipio tibi in conspectu dei qui uiuificat omnia et Iesu Christi qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem, ut serues praeceptum immaculatus irreprehensibilis, usque ad apparitionem domini nostri Iesu Christi, quam temporibus suis ostensurus est ille beatus et solus princeps, rex regnantium et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem uidit nemo hominum, neque uidere potest, cui honor et imperium sempiternum. Amen. . . . .</i>	74
<i>His qui diuites sunt in praesensenti saeculo praecipe, ne elato sint animo, neque spem ponant in diuitiis incertis, sed in deo uiuente, qui praebet nobis omnia affatim ad fruendum, ut bene faciant, ut diuites sint operibus bonis, ut faciles sint ad impartendum, libenter communicantes, recondentes sibiipsis fundamentum bonum in posterum ut apprehendant aeternam uitam. . . . .</i>	75

*O Timothee depositum serua, deuitans prophanas uocum inanitates et oppositiones falso nominatae scientiae, quam nonnulli profitentes circa fidem aberrauerunt. Gratia sit tecum. Amen. . . . .* 77

ARGUMENTVM PRIMAE EPI

*stolae ad Timotheum.*

**E**X OMNIBVS epistolis Paulinis liquet Timotheum hunc absolutissimae cum pietatis tum eruditionis fuisse exemplar: unde iam colligimus epistolam hanc non tam in ipsius gratiam esse scriptam, qui uel non admonitus sapiebat et omnia faciebat recte, quam in omnium aliorum episcoporum utilitatem qui per successionem temporum fuerant ee clesiis praeficiendi. Proponit enim in hac absolutissimum exemplar boni pastoris et diligentis episcopi, orationis filium secundum materiarum praestantiam et episcopi officia atque attributa ducens.

Principio enim cum potissima episcopi functio sit Docere, initio admonet utreiectionibus omnibus fabulis quae stionibusque curiosis et humanis traditionibus ea tradat quae sint charitatis et fidei uerae. In his enim duobus capitibus contineri doctrinam sanam.

Deinde cum ad episcopi quoque curam pertineat praeesse coetui ecclesiastico, precibus sacris et ecclesiasticis ritibus, secundo loco disserit de eo quomodo deprecationes et interpellationes fieri debeant pro omnibus hominibus, item quid hic deceat uiros quid mulieres.

Quia uero plurimum momenti habet exemplum

mg Occanio. | mg Scopus. |

AD TIM.

episcopi sanctum, et prophanum siue impurum officit plurimum, ideo episcopum cum tota familia depin git qualis scilicet esse debeat et quid eum deceat qui domui dei praefectus est.

Veram doctrinam plerumque sequitur falsa ut umbra corpus. Nescit enim inimicus homo conuiescere, semperque malum semen agro dominico bono semine se minato inserere gliscit: specimen ergo huius exhibet apostolus, partim ut ab erroribus caueremus, partim ut tenacius adhaereremus doctrinae sanae. Atque huc ma xime uocat Timotheum, praescribens quomodo se gerat quilibet episcopus in rerum discrimine. Omnia ueŕ ro maximo spiritu prosequitur.

Haec autem de doctrina sana, de precibus sacris, de uita et moribus episcoporum, de doctrina falsa, et quod assidue laborandum sit fideli agricolae in uinea domini, potissima sunt huius epistolae capita, quae sequuntur de uariis rebus praecipunt. Praescribit enim quomodo se gerat erga seniores, anus, iuuenes, et pu ellas, item erga uiduas grandaeuas et adolescentiores id est aetatis suspectae mulierculas, rursus quomodo er ga episcopos siue presbyteros, quid praescribat seruis ac dominis. Ibidem et auaritiam accusat et 30 ὑπόρο ηβερp laudat, docens quantis cum periculis coniunctum sit studium pecuniae, item quis sit usus opum, et quae sint opulentiorum officia.

## AD TIM. CAP. I.

[ p.94 ]

Vbique uero immiscet quod ipsis prae caeteris uoluit esse commendatissimum, ut cauerent sibi a quaestionibus et disputationibus curiosis spinosisque.

35       Stilus congruit argumento. Institutiones enim faeli et dilucido stilo exarandae sunt. Et facilia et exposita in hac sunt omnia. Aiunt scriptam a Laodieea Carica. De qua re annotaui quaedam in 4, cap. ad Coloss. Verum parum retulerit unde hanc scripserit siuee Macedonia siue ex Asia. In hac certe non diu haesisse legitur a tumultu Ephesino. Protinus enim soluit ie Macedoniam inde transgressus in Graeciam, a qua ite rum in  
40       Macedoniam ueniens breuissimo temporis spa cio nauigauit in Syriam, ex hac uero captiuus Romam ducitur.

## CAP. I.

**P**AVLVVS apostolus Iesu Christi, iuxta delegationem Dei seruatoris nostri, et domini nostri Iesu Christi, qui est spes nostra, Timotheo germano filio in fide, Gratia, misericordia, pax a Deo patre nostro et domino Iesu Christo domino nostro.

Inscriptione hac duo insinuat. Primum apostolum

mg Stilus. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

se dei esse non sua uoluntate, hoc est quod id muneris sibi ob compendium aut gloriam uindicarit, sed dei uocatione et ordinatione. Nam κατ' ἐπιταγήν idem pollet ac si quis  
45       dicat iuxta iniunctionem. Ἐπιταγή enim est iniungere, aliquid officii delegare et mandare quidpiam. Hoc ipso parat sibi auctoritatem, ut quod paulo post propositurus est maius grauiusque habeat pondus. Quasi diceret, Apostolus sum, proinde quae traditurus sum non meo sed illius spiritu pfectasunt qui me misit, ut iam horum meorum praeceptorum con temptus in illum redundet. Deinde summam totius euangelii perstringit.  
50       Praedicat enim Deum esse saluato rem beneficum et misericordem qui dedit nobis filium suum in argumentum concordiae quam inierit nobiscum et uitae sempiternae, quam nobis omnibus conferre uelit. Vnde ipse dominus Iesus spes et expectatio salus et summum bonum est omnium fidelium. Maledicti autem sunt qui confidunt in hominem et diuos creaturasue alias spes suas uocant. Ierem.17. Germanum siue γνήσιον filium  
55       uocat uerum et ingenu um qui moribus et genio patrem omnino referebat. Nam ad Philippenses, Neminem, ait Paulus, habeo pari mecum animo praeditum qui germane res uestras curaturus sit. Et ne quis carnalem filium esse Pauli Timotheum crederet, adiecit, In fide. Nam et de Corinthiis scribit apostolus, In Christo Iesu per euangelium ego

## AD TIM. CAP. I.

60 uos genui. Et fides ac synceritas Pauli in Timotheo ut purissimo speculo relucebat. Theophylactus, Misericordiam noue adiectam putat ex nimia amoris uehementia. Domini uero nomen ideo geminauit, ut intelli geremus diuinitatem et potentiam Christi. Vnde Paraphrastes, Hic ut habet cum patre communia omnia ita non frustratur ope sua qui sese totos semel ipsius fidei concrediderunt tanquam serui fideles ab optimo simul et  
65 potentissimo hero modis omnibus pendentes.

[ p.95 ]

*DOCTRINA SANA TRAdenda ecclesiis.*

*Quemadmodum rogaui te ut remaneres Ephesi cum proficiscerer in Macedoniam ita facito ut denuncies quibusdam ne diuersam sequantur doctrinam, nec attendant fabulis et genealogiis nunquam finiendis, quae quaestiones praebent magis quam aedificationem dei quae est per fidem.*

Prima et potissima doctoris ecclesiastici siue episcopi functio est docere. Neque quicquam ecclesia ha

---

*mg* In quem finem institu tum sit mini steriũ uerbi |

## COMMENT. IN I. EPIST.

bet maius aut utilius. Et sathan huic imprimis insidiatur ut adulteret uitiet subuertat. Prima ergo episcopi cura sit doctrinam sanam conseruare illibatam. Paulus certe de hac  
70 primo praecipit et breui expositione proponit in quem finem et usum Ephesi reliquerit Timotheum, ut scilicet doctrinam euangelicam assertionem constanti tueretur aduersus omnium incursionem nebulas et subuersiones. Constat enim omnes uerbi ministros in hoc esse a Domino in ecclesia institutos ut doctrinam tradant ueritatis, errores et superstitio nes destruant. Ita enim Paulus, In hoc reliqui te Ephesi ait, ut denuncies  
75 et cum autoritate ac grauitate tra das quibusdam curiosis et malae fidei hominibus μὴ ετεροδιδεασκαλον, id est ne diuersa doceant, aut, ne diuersis utantur doctoribus. Est enim ambiguum uerbum quod refertur ad utrumque . Est autem una uera et sancta ueritatis doctrina quae prodita est scripturis canonicis. Huius doctores et authores sunt prophetae et apostoli spiritusancto inspirati. Ab his non discedet pastor bonus uel  
80 latum unguem, nec patietur quem quam ecclesiae suae diuersos ab his doctores inferre cupientem. Superioris saeculi pastores hac in parte peccarunt dum diuersos doctores intromittentes diuersam quoque ab apostolica doctrinam receperunt, qua re factum est ut tota ecclesia plusquam Iudaicis fabulis suerit oppleta. Qui enim ueritatis doctrinam deserunt

## AD TIM. CAP. I.

85 aut non magnificiunt uel hanc non unice obseruant incidunt in errores uarios. Inde sequitur in Paulo, Nec attendant fabulis et genealogiis nunquam finiendis. Fabulas

[ p.96 ]

Iudaicas non uocauit sacras literas aut scripturas propheticas sub figurarum inuolucro maxima continentes mysteria, sed constitutiunculas humanas de quibus in euangelio legere est apud Matth. in 15. et 23. cap. Item Marci 2. Huc pertinere crediderim quae  
 90 magno cum supercilio tradebant de iustificationibus carnalibus, de lotionibus, de ciborum generibus, de ciborum delectu, de circumcisione, de obseruatione dierum, idque genus aliis nugis. Nam ad Titum, Redarguit illos seueriter ait ut sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis et praeceptis hominum auersantium ueritatem. Et perplexa erat series genealogiae usque ab auis ac patris tritauique repetita. Gloriabantur  
 95 Iudaei in carne, iactabant se semen esse Abrahae. Quilibet suos recensebat maiores, atque ita occupabantur rebus nihili. Haec uero pro ratione illorum temporum praescripta sunt Timotheo, nos obseruare debemus similia. Similia apud nos sunt quae prodiderunt monachi et sacrifici de delectu uestium, ciborum, dierum, de lustratione, uotis, peregrinationibus, diuis, et id genus superstitionibus et fabulis innumeris. Haereticis quoque,  
 100 ut est apud Irenaeum et Tertullianum, non modo uerborum monstra commenti sunt sed nexus er

## COMMENT. IN I. EPIST.

rorum et impietatis insolubiles nexuerunt. Scholastici quoque Theologi prodigiosam et fabulis fabuliosorem Theologiam ex Aristotelica philosophia consuerunt. Ab his ineptiis quam alienissimos uult esse Christianos apostolus. Causa. Quaestiones praebent magis  
 105 quam aedificationem dei, quae est per fidem. Duplex inquit incommodum oboritur ex illis. Prius inuoluuntur istis auditores dum quaestio ex quaestione ducitur. Posterius ad ueram pietatem nihil conferunt. Fide plantatur pietas, fide parantur corda, non disputationibus perplexis quaestionibus et inexplicabilibus argumentorum labyrinthis. Aedificandi uerbo libenter utitur Paulus, de qua metaphora alibi disputatum est. Breui  
 110 ter tradita est nobis uera pura et simplex a Deo per prophetas et apostolos doctrina, in hac perseueremus constantes et nulla parte declinantes ad humanas fabulas et doctores spinosos et quaestionibus inflatos. Qui enim quaestionum et argumentorum nodos alios super alios nectunt, quid aliud docent quam dubitare? Vera puritas et simplicitas fidem in Deum tradit quam purissime et simplicissime et ea quae aedificationis et charitatis  
 115 sunt, hoc est quae hominem in pietate prouehunt ornant et perficiunt.

*Porro finis praecepti est charitas ex puro corde et conscientia*

## AD TIM. CAP. I.

*bona et fide non simulata, a quibus quod aberrarunt quidam deflexerunt ad uaniloquium, uolentes esse legis doctores non intelligentes quae loquuntur, neque de quibus asseuerant.*

[ p.97 ]

Edisserit nunc quis sit scopus et quae summa purae doctrinae, a qua prohibet nos deflectere, charitas uel delictet. Omnis inquit scriptura, et omnia dei instituta, omnes denique leges dei in hoc intendunt ut charitatem nobis commendent. Παραγγελη est  
 120 praecipere, denuntiare interdiceret et monere. Inde παραγγελη Aiet, quo uerbosus est hic Paulus praeceptum significat aedictum denuntiationem et admonitionem. Id quod

non tam legi Mosaicae quam uniuersae scripturae competit. Et Hebraei legem uocantes  
 nn Thora quasi quis dicat directorium, frequentius non ipsum decalogum sed omnem  
 doctrinam et institutionem intelligunt. Quod si quis contendat non omnem scripturam  
 per praeceptum sed legem tantum esse intelligendam, iam hic erit uerborum Pauli sensus,  
 125 Qui fabulas Iudaicas docent et in umbris suam exercent palestram subinde quidem legem  
 Mosis iactitant adducunt adhibentque demonstrationibus suis, caeterum nondum

---

*mg* Scopus legis et totius scripturae est chas ritas. |

COMMENT. IN I. EPIST.

didicerunt in quem finem lex a deo nobis per Mosen data sit: non equidem ut rebus  
 ludicris daremus operam, ut externis iustificationibus purgaremus nosmete ipsos, ut  
 traditiunculis pharisaicis seruiremus deo, ut in genealogiis enarrandis et huiusmodi  
 130 fabulis aliis occuparemur, sed ut Deum et proximum nostrum uere et ex animo diligeremus.  
 Hic autem non legis modo Mosaicae sed omnium prophetarum quoque scopus est. Ideo in  
 euangelio secundum Marcum legimus interroganti legisperito quodnam esset praecipuum  
 et primarium omnium praeceptorum? respondisse, Primum omnium praeceptum est,  
 Audi Israel dominus Deus noster dominus unus est. Et diliges dominum deum tuum ex  
 135 toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex totis uiribus tuis. Hoc est  
 primum praeceptum. Et secundum simile hoc est, Diliges proximum tuum ut teipsum.  
 Maius his aliud praeceptum non est. Additur apud Matthaenum, In his duobus mandatis  
 uniuersa lex et prophetae pendent. Segitur in Marco, Et dixit legisperitus, Bene praeceptor  
 in ueritate dixisti, quod unus sit Deus et non fit alius praeter illum quodque diligere  
 140 eum ex toto corde et ex tota intelligentia et ex tota anima et ex totis uiribus ac diligere  
 proximum ut seipsum plus sit quam uniuersa holocaustomata et uictimae. Hinc ergo  
 stultissimos et scripturarum prorsus ignaros esse appa

---

*mg* Mar. 12. | *mg* Matth. 22 | *mg* 1. Reg. 15 |

AD TIM. CAP. I.

ret doctores humanarum traditionum ceremoniarumque magistros quorum unicum  
 studium est ut miseram plebeculam onerent et implicitam ritibus superstitionis in ex terna  
 145 exerceant disciplina. Atqui unum erat necessarium et sine istis per se absolutum, quo  
 neglecto frustra in sumitur omnis et labor et sumptus, Charitas uidelicet eaque gemina.  
 Charitas ergo gemina a nobis exigitur, charitatem geminam praecipit ubique dominus,  
 charitatis denique opera requirit a nobis iudicaturus uiuos et mortuos. Quin ergo desertis  
 stultulis traditionibus ad charitatem conuertimur, deumque ipsum in Christo diligimus,  
 150 et proximum nostrum non modo non laedimus sed omnimodo beneficentia iuuamus.  
 Ad haec nitendum omnibus. Haec inculcanda sunt omnibus et perpetuo. In his enim id  
 est in fide et charitate consistit uera pietas. Fidem autem oportet esse ueram et charitatem

[ p.98 ]

155 synceram. Hinc in euangelio dominus non contentus dixisse, Diliges dominum deum tuum et proximum tuum, insuper modum et rationem praescribens addit, Ex toto corde tuo et c. Ad eundem modum et Paulus in praesentiarum non solum dixit, Finis et scopus praecepti est charitas, sed subiungit uerae charitatis conditiones attributa et ingenium. Ex corde puro, id est in tegro et syncero adeoque toto. Tantum enim ualet haec loquutio quantum illa in euangelio, Diliges dominum ex toto corde et ex totis uiribus. Opponit enim scri

mg Isaiiae.28. | mg Lucae, u1. | mg Matth. 25. | mg Charitatis ingeniura, |

## COMMENT. IN I. EPIST.

160 ptura cor purum siue mundum duplicato cordi aut lacero aut imperfecto. Ita enim saepe in sacris literis legitur quosdam toto et perfecto corde ambulasse cum domino, hoc est uere et recte et synceriter uitam suam ad uoluntatem dei instituisse, alios autem corde duplici et imperfecto. 4.Regum 20. orat Ezechias ad dominum, Obsecro domine memento quaeso quomodo ambulauerim coram te in ueritate et in corde perfecto et quod placitum  
165 est coram te fecerim. Ita 4.Regum 10.cap. Iehuh ad Ionadab ait, Nunquid est cor tuum rectum cum corde meo sicut cor meum cum corde tuo? Et apud Germanos usurpamus ista uocabula Reyn uero Luther hoc modo, ut cum dicimus, Le ist reyn golo (Luther bumberey) (Ætulerlich urch Gott hoc est solius dei nomine, Nil aliud quam aurum et nequitia est. Ita charitas ex puro corde proficiscens ea est quae uni deo ex integro adhaeret et  
170 unicum complectitur ardentissime, nec quicquam huic in orbe antehabet. Id quod tot uerbis propter illos inculcat qui nihil non tribuunt humanis uiribus, denique puritatem ab homine nescio quam absolutam requirunt, non expendentes interim idiomata sacrae linguae et quod Solomon dixit Prouer.20. Quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato? Et Iob 25. Quid te eleuat cor tuum? Quid est homo ut immacu  
175 latus sit et ut iustus appareat natus de muliere? Ecce

## AD TIM. CAP. I.

inter sanctos eius nemo immutabilis, et coeli non sunt mundi in conspectu eius: quanto magis abominabilis et inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem? Sequitur autem in Paulo quod clarius exponit puritatem istam, Conscientia bona. Quasi dicat, Ex puro corde, id est integra erit charitas si animus amantis bene sibi sit conscius. Id autem  
180 non fit meriti et operum nostrorum beneficio sed fidei. Qui enim, ait dominus, uenit ad me non esuriet et qui credit in me non sitiet unquam. Et Paulus ad Romanos, Nulla igitur nunc est condemnatio iis qui insiti sunt Christo Iesu. Insiti autem sunt Christo Iesu qui credunt uere. Hinc in Paulo protinus subditur ἡ πίστις ἡ ὑποκρίτου et fide hypocrisis carente hoc est uera. Absoluit ergo charitatem fides, quae purificat corda et  
185 tranquillat conscientias omnemque pellit simulationem. Proinde uera charitas est quae ex fide enata est, cuius anima et uis fides est, quae solam Deum arctissime complectitur, in situta eius magnificat, et suaue putat quicquid dei nomine uel fugere uel cum labore persequi iubetur. Huc si reuocet uniuersam scripturam canonicam, uidebis quadrare

[ p.99 ]

omnia, nec aliud tot libris tradi a sacris scriptoribus. His iam fundamentis iactis iterum  
 190 inuehitur in falsos doctores, docens quanto cum periculo coniunctum sit si neglecto  
 scopo Charitatis, in quam perpetuo fidem ueram includimus, quaestiones

mg In Mataeologos. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

curiosae, humanae constitutiones, et aliae his similes nugae tractentur. A quibus inquit  
 quod aberrarunt quidam. Id est, ab hoc scopo quoniam aberrarunt quidam (allusit autem  
 ad imperitos sagittandi) ideo deuolu ti sunt in ματαολογία id est in uaniloquium, id est  
 195 dissertationem quae nihil differt ab anicularum nugis, quae tametsi satis longae sint inanes  
 tamen et elum bes sine fructu cadunt, adeo ut tandem ne ipsae quidem quid dixerint norint.  
 Vnde in Paulo sequitur, Volentes esse legis doctores non intelligentes quae loquuntur  
 aut de quibus asseuerant. Idem usuuenit hodie nostris quoque Theologiae doctoribus.  
 Nam licet strenue et subtiliter totos dies in scholis suis disputent de instantibus, de  
 200 formalitatibus, et relationibus, de reali tatibus et friuolis argutiis suis, nullus ad auditores  
 re dit fructus, nec ipsi sese interim intellexerunt. Disputa runt et apud haereticos quidam  
 plus quam credi possit acute, sed nullo cum fructu. Inuenias item hodie quosdam et inter  
 eos qui uideri uolunt euangelicissimi, qui prolixo et prorsus seraphice pneumaticeque  
 commentantur de deo, de religione, de regeneratione, de fide iustificante, de sacramentis  
 205 et sanctimonia uitae, uerum ea ratione ut auditores intellexerint quidem de magnis rebus  
 esse disputatum sed non probe perceperint quales illae aut quis eius disputationis usus.  
 Nec mirum cum non raro ipsi scriptores uel oratores ut

## AD TIM. CAP. I.

dicant et non quid dicant cogitent. Qui uero sapiunt omnia ad charitatis regulam col-  
 limabunt. Non est quod in sacris eruditionem ostentes, gloriam propriam quaeras,  
 210 nouarum rerum et quas nemo ante te uiderit praediceris author, scripturarum interpres  
 oculatissimus, legisperitusque prudentissimus. Populum Christo adducere debes. Hic  
 uero non accedet nisi amet Christum. Hunc non amabit nisi cognorit. Pinges ergo hunc  
 suis coloribus ut toto in ipsum pectore exardeat, hunc unum optet, huic soli adhaereat.

[ p.100 ]

*Scimus autem quod bona sit lex, si quis ea legitime utatur, sciens illud quod iusto lex non  
 sit posita, sed iniustis et inobsequentibus, impiis et peccatoribus, irreuerentibus et pro-  
 phanis, patricidis et matricidis, homicidis, scortatoribus. masculorum concubitoribus,  
 plagiariis, mendacibus, periuris, et siquid aliud est quod sanae doctrinae aduersetur  
 secundum euangelium gloriae beati dei quod concre*

## COMMENT. IN I. EPIST.

*ditum est mihi.*

Occupatio est, meminerat enim legis, sugillauerat mataeologos et uanos legis doctores:

215 in loco ergo sub iungit, Nequaquam uero haec dicimus quod Mosaicam legem damnemus.  
 Bona est lex. Nam uoluntas dei mala esse non potest. At lex dei uoluntas est. Proinde  
 Paulus legis abusum damnauit non ipsam legem dei bonam. Abusus legis quis sit nemo  
 nescire potest ex superioribus. Cum enim nostro uitio Iudaeorum more bene dicta legis  
 220 corrumpimus aut in diuersam sententiam trahimus, et aduersus legislatoris sententiam  
 interpretamur, lege abutimur. Porro usus legis uerus est si sciamus iusto legem non  
 esse positam sed iniustis, quae sententia propter breuitatem obscura est. Haec autem  
 est ratio eius, Lex non in hoc a deo lata est ut iustificet, ergo ex lege non est iustitia.  
 Caeterum data est ut nos deduceret ad Christum, Galat.3. Iam qui ad Christum uenerunt  
 225 liberantur a peccatis, mundantur sanguine Christi, et iustificantur pura dei gratia. Qui  
 uero iustificati sunt a lege liberi sunt, ipsum enim legis propositum et scopum Christum  
 tenent. Deinde liberati sunt a legis maledictione et onere per Christum cuius spiritu  
 imbuti et regenerati impulsu charitatis ultro plus praestant quam ipsa lex praescribat.  
 Amant igitur hilegem quam bonam imo optimam esse insu

## AD TIM. CAP. I.

[ p.101 ]

is ipsorum cordibus senserunt. Atque hic usus legis uerus est. Sic inquam lex bona  
 230 est, sic iusto non est posita, ita lex nemini grauis est, sed suauis potius, quouis lapide  
 pretioso gratior, melle et fauis dulcior. De qua re copiosius multis in locis disputaui-  
 mus, ista uero ad praesentia satis esse putauimus. Caeterum qui sub hac Christi et euangelica  
 gratia non sunt, adhuc sub lege sunt. Nihil ergo ad hos pertinent sermones de libertate  
 Christiana et abrogatione legis, iusto tantum nulla lex posita est. Commodum uero hoc  
 235 in loco ubi de sola doctrina agit disputat de genuino legis usu. Aduersarii enim leuitatis  
 uanitatisque insimulabant praedicationem euangelicam, quasi hac fenestra aperiretur om-  
 nibus criminibus rumperenturque sancta legis uincula. Monet ergo quatenus et quibus  
 lex abrogata sit. Neminem scilicet illa eximi nisi qui sua sponte quod lex praescribit facit.  
 Facere autem ea qui iuxta euangelicam doctrinam Deum et proximum amet ex animo,  
 240 id quod doceat euangelium, proinde lege teneri adhuc quotquot charitatis sensu et igne  
 carent, imo ipsum sanctum dei euangelium illa ipsa damnare scelera quae lege sint olim  
 damnata. Ita enim concludit hanc periodum, Et si quid aliud est quod sanae doctrinae  
 aduersetur secundum euangelium gloriae beati Dei quod concreditum est mihi. Explicat  
 autem quae sit doctrina sana, nimirum quae est secundum euangelium gloriosum

---

*mg* Buangelii praedicatio non aperit fenestram sceleribus. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

245 beati dei, hoc est ipsum euangelium gloriosum. Gloriosum appellat illud ideo quod  
 gloriam dei et lucem puram praedicet, ut est 2. Corinth.3.4. Adicit praeterea Deo  
 epitheton Beatus ut significet dei perfectionem qui sibi satis sit et nostris minime indigeat,  
 quin potius salutem et foelicitatem suam nobiscum commisericare cupiat. Particula,  
 Quod concreditum est mihi appensa est ut ex ipsa subtexitur consequentia. Catalogus  
 250 uero peccatorum qui a Paulo contextus hic legitur, in aliis locis prope expositus est,

perstringemus tamen singula. Αυόμειοις iniustus uertit interpres, aduerbum significat ex legibus, exponiturque ; haec uox per consequentem, νυποτάκτοις id est inobsequem tibus, ad uerbum inordinatis. Intelligit enim pertinacis malitiae nebulones qui nulla lege in ordinem cogi possunt. σεβέσι impiis. Hi sunt anuminis qui nullum dei cultum  
 255 nullam religionem curant sed affectus duces sequuntur. αμαρτωλο σ peccatoribus. Intellexit autem sub his elatos, auaros, inuidos, luxuriosos, et si quid aliud est huius ordinis. ανοσ ιοις irreuerenti bus hoc est nephandis et atrocibus. Βεπερήλοισ prophanis siue impuris atque pollutis. Graeci enim ἐτέθηAz, uocabant sacra ad quae et impuris liber erat accessus Patricidis atque Matricidis capitalis quoque poena constituta est Leuit.2o.  
 260 αὐδ ροφονοις homicidis, ut referas tam ad mares quam foeminas. Ad uerbum enim

## AD TIM. CAP. I.

[ p.102 ]

Jonat uiricidis. Sed et Hebraei hanc uoculam Vir frequentissime usurpant pro quouis homine. ρόεοιε scortatoribus. De quibus alians saepeut et de ετροενοκοίταις masculorum concubitoribus. ανδραποδι σα σ plagiariis siue furibus mancipiariis. Vt enim iu reconsultis sacrilegi et abigei dicuntur, qui res uel sacras uel publicas suffurantur, qui  
 265 aliena pecora et iumenta abigunt et abducunt, sic plagiarii dicuntur qui aliena mancipia furto subducunt. Hoc enim furti genus plagium dicitur iureconsultis. Late patet hoc crimen, de quo legantur ueterum leges. Huc pertinet mendatium. Sequitur ergo Λεύς αις mendacibus, sub quibus omnes comprahendimus artes hypocriticas et impostorias. Periuri sunt qui fidem datam frangunt, sacramentum datum polluunt, denique et quouis modo fallunt. Colligimus autem ex hisce Pauli uerbis omnibus ad sanam episcopi doctrinam non id tantum pertinere ut omnes ad charitatem inuitet, libertatem et redemptionem Christi praedicet, sed ut libere quoque constanter et cum autoritate accuset scelera. Nam ubi haec regnant ibi nullum locum habet uel charitas uel meritum Christi uel libertas Christiana, In scelera igitur primam impressionem faciat episcopus fidelis qui charitatem,  
 270 meritum Christi et libertatem recte fidelibus tradere cupit.

## COMMENT. IN I. EPIST.

*Et gratiam habeo, qui me potentem reddidit Christo Iesu domino nostro, quia fidelem me iudicauit ponendo in ministerium qui prius eram blasphemus et persecutor et uiolentus, sed et misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem. Exuberauit autem supra modum gratia domini nostri cum fide et dilectione, quae est per Christum lesum.*

Dixerat sibi conereditum esse euangelium, porro ne uideretur hoc iactasse gloriosius, Deo cui solo omnis honor debetur omnem gloriam transscribit. Ei inquam gratias ago, inquit, qui imbecillo et huic mune ri longe impari uires suffecit, quibus gloriam Christi domini assererem, idem iudicauit me fore fidelem per suam gratiam, ideo in ministerium  
 280 uerbi asciuit, ut mea opera in uerbi dispensatione uteretur. Ego enim nihil tale merueram beneficiis meis, qui fueram blasphemus etc. Iiaque multis nunc agit de salutifica dei gratia neq praeter occasionem. Perpetuo enim institutum et se

*mg* De dei gr. tia. |

## AD TIM. CAP. I.

[ p.103 ]

ries disputationis Paulinae reuocanda est ob oculos, nempe quod Timotheum et in hoc  
 omnem episcopum fidelem adhortatur ut reiectis fabulis sanam doctrinam ecclesiis  
 285 tradant, deinde quod certis quibusdam notis praecipua sanae doctrinae capita adumbrat,  
 in quibus primas tenet charitas, interim et deusu legis nonnihil disputauit, et docuit  
 euangelio quoque ea proscribi et damnari peccata atque scelera quae dannentur per  
 legem quoque. Sequitur nunc breuis dissertatio de Gratia dei. Nam haec non postremas  
 partes obtinet inter praecipua sanae doctrinae capita. Hic uero cum in docendo et  
 290 demonstrando exemplis nihil sit euidentius, ipse non alieno sed suo exemplo proposito  
 docet quanta sit propensa illa dei in nos uoluntas hoc est gratia et beneficentia. Vt  
 uero omnia essent euidentissima proprium suum peccatum amplificat ut uis et opulens  
 gratia ex effectu maximo quam propriissime cognosceretur. Vocauit inquit me dominus  
 ad ministerium uerbi, qui eram blasphemus, persecutor  $\eta\alpha$ ) Βρις ἦσ id est iniurius  
 295 oppressor uiolentus et confidenter improbus petulans et contumeliosus. His ce ergo  
 gradibus exaggerat peccatum suum. Primus gradus est conuitiari suggillare uerbum  
 domini adeoque maledicere et blasphemare. Secundus a maledicis uerbis descendere ad  
 malefacta, hoc est ad consilia praua ad insidias et persecutionem, Tertius

## COMMENT. IN I. EPIST.

gradus est opprimere palam et manus temerarias confidenter atrociterque iniicere in  
 300 bene meritis. His omnibus studuisse Paulum et sese blasphemis, persecutione et  
 innocenti sanguine polluisse testis est liber qui scriptus est de actibus Apostolorum. Ego  
 uero, inquit, tantus conuitiator, sanctorum hostis et parricida ueniam merui et miseri-  
 cordiam consequutus sum, neque uulgariter. Non enim noxam mihi modo condonauit  
 dominus aut in album amicorum recepit tantum, sed et summam in functionem et om-  
 305 nium honestissimam asciiuit, ut scilicet nomen eius portarem coram regibus principibus  
 omnibusque terrae populis. Addit, Quod ig norans fecerim per incredulitatem: qua sen-  
 tentia pia culum suum neque extenuat neque innocentiae suae suam uocationem tribuit,  
 sed aequitatem et misericordiam dei praedicat, quae miserta incredulitatis et inscitiae  
 peccantem sed errore potius quam maleuolentia res uocauit. Vnde protinus gratiae  
 310 omnia illa significantius ascribens et hanc praedicans, Exuberauit autem supra modum  
 inquit gratia domini nostri, condonans mihi illa peccata multo grauissima, exuberauit  
 simul et fides id est fidelitas ueritasque eius et dilectio siue studium et amor eius in nos.  
 Quae Iesu Christo domino nostro in carnem misso omnium apertissime oculis subiecit  
 et quam propriissime exhibuit. In hoc enim est omnis plenitudo gratiae fidei et ueritatis  
 315 amoris

## AD TIM. CAP. I.

[ p.104 ]

quoque in nos maximi. Misericordiam et gratiam pollicitus est patribus nostris, idem in  
 Christo fidelissime omnia praestitit. Atque huc pertinet quod sequitur.

*Certus sermo et dignus quem modis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus uenit in mundum, ut peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego. Verum ideo misericordiam sum adeptus ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam, ad exprimendum exemplar iis qui credituri essent in ipso in uitam aeternam.*

Planioribus et copiosioribus uerbis praedicat gratiam euangelicam sui que exempli fructum ostendit, his ce omnibus fidem in Christum docens. Praemittit autem exordiolum quo paret auditorum animos ad res maximas. 320 πικρόσ, αἰτ, ολόγοσ, μαηι πάσησ ποδλοχη σ ξιοσ. Id est, hoc uerbum siue haec sententia quam propositurus sum fidelis uera et certissima est, dignaque multis nominibus quam summo studio et obuiis ulnis quod dici solet excipiamus amplectamur pectorique nostro astringamus arctissime. Iam subiungit

*mg* Iudens euangelii praedicatio |

## COMMENT. IN I. EPIST.

certam illam et dignissimam de salute nostra sententiam, QVOD CHRISTVS IESVS VENIT IN MVN DVM VT PECCATORES SALVOS FACERET. Qua sententia nihil potest dici breuius sed eadem nihil maius nobilius salubrius. Singula uerba singula continent mysteria. Omnes enim peccatores sumus, nullus suis potuit iustificari operibus. Eramus enim omnes filii irae, et proinde aeternae damnationis mancipia: unde et uates 325 Isaias, Omnes inquit ueluti oues er rauimus, unusquisque in uiam suam declinauit, sed posuit dominus in eum omnium nostrum iniquitates. Ve niens ergo in mundum carnis et sanguinis nostrae particeps factus obtulit se deo in expiationem omnium peccatorum nostrorum. Hic enim est agnus dei qui tol lit peccatum mundi: ut iam solus Christus omnium pec catorum spes salus redemptio et uita sit. Peccatorum inquam, non iustorum. Non enim egent medici opera sani, sed infirmi. Ista uero copiosissime expositum reperies 330 Matth. cap.1. et Lucae 2. item Matth, 9.11. 15. Lucae quoque 15. praecipue uero Ioannis tertio capite. Rom.3. Ephe.1.et 2.etc. Diuus Ambrosius sancte et erudite haec Pauli uerba explicans, Quid tam gratum inquit tamque iucundum quam peccatorum indulgentiam praedicari? Quis enim sine peccato est ut hoc munus non cum omni gratiarum actione su scipiat, deum authorem huius praeferens et collaudans 335

## AD TIM. CAP. I.

In Christo? qui ut hominem peccatis ablueret de coelenstibus ad terrena descendens carnem peccati accepit, terrenis se admiscuit ut eum coelestem efficeret. Mori se passus est, ut illum morte erutum paradyso redderet immortalem. Quis haec beneficia non in infinitum extollat quae deus praestitit homini, dominus seruo, con ditor creaturae? Haec 340 Ambrosius. Peccant igitur in gratiam euangelicam qui ideo auertuntur a Christo ad diuos quod sint peccatores. Christus enim qui pec catoribus natus est dicit, Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam uos. Nec est quod quisquam obtendat scelerum suorum magnitudinem et numerum: expendat potius Pauli uerba consolationis plenissima. Vbi enim pronuntiasset Christum uenisse in mundum ut peccatores saluos 345

[ p.105 ]

faceret, protinus se exempli gratia adiecit dicens, Quorum primus ego sum. Caeterum  
 350 uocula Primus in praesenti non est ordinis sed excellentiae perinde ualens ac prae cipiuis  
 et maximus. Fuerat enim blasphemus persecutor uiolentus parricida. Quid istis poterat  
 excogitari atrocius? At haec omnia condonauit illi Christus dominus. Nemo ergo in  
 sceleribus suis desperet. Imo ne quis obiiceret, Tametsi Paulo tanta obtigit gratia, eadem  
 355 tamen non obtinget omnibus, praecupat illud et ait, Ideo autem misericordiam adeptus  
 sumut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam

## COMMENT. IN I. EPIST.

Ed exprimendum exemplar iis qui credituri essent in ipso in uitam aeternam. Quasi  
 dicat, Hoc insigni exemplo ad similem spem ueniae prouocare uoluit omnes, quamlibet  
 prioris uitae maculis inquinatos, modo impia uita relicta et diffisi suis uiribus omnem  
 fidutiam constituent in bonitate Christi, quae nunquam de stituit nos usque ad uitam  
 360 aeternam. In Paulo igitur oro τύπωσις id est expressa imago et exemplum uiuum  
 omnium hominum oculis exposita est quid sibi debeant sperare quicunque relictis moribus  
 pristinis crediderunt in Christum, gratuitam uidelicet peccatorum remissionem et spem  
 indubitam uitae sempiternae. Est et in ea uoce quam interpret noster clementiam uertit,  
 Graece uero μακροθυμία dicitur, mysterium. Significat enim ad uerbum longanimitatem.  
 365 Namscri ptura aliens testatur deum ad uindictam lento procedere gradu, non quod peccata  
 illi placeant, sed quod uolit mortem peccatoris, quin potius conuersionem eius uitamque  
 . Ad exemplum Pauli pertinent exempla similia ut sunt Daudis, Adae, Matthaei, Petri,  
 Zachei, Mulieris peccatricis, Latronis, et si quae alia sunt hu ius generis.

*Regi autem saeculorum immortalis, inuisibili, soli sapienti Deo, honor, gloria in saecula  
 saeculorum, Amen.*

## AD TIM. CAP. I.

Praedicationem gratiae euangelicae orando cum lau de et gratiarumactione prosequitur,  
 370 interim potentiam aeterni dei praedicans ne quis diffideret pollicitis tantis, quin cogitaret  
 potius qualis sit qui promisit et totius euangelicae doctrinae negotiique salutis author  
 est:innuit praeterea soli deo deberi omnem honorem et gloriam, ex hac munificentia nihil  
 sibi homines uindicare posse. Rex saeculorum dicitur Deus, id est rex aeternus omnium  
 aetatum et creaturarum conditor praeses rector et dominus. Idem dicitur immortalis  
 375 siueαφθαρτός, id est incorruptibilis, qui ut corrum pi non potest et sempiternus est, ita  
 nullis affectionibus et infirmitatibus obnoxius. Inuisibilis appellatur, non quod non sit,  
 sed quod immensus sit, et maior quam qui sensibus compraehendi possit. Hic quidem  
 nobis ob imbeeillitatem carnis nostrae inuisibilis est, ibi uero uidebimus eum sicuti est.  
 Solus sapiens est quemadmodum solus Deus bonus est. Omne enim bonum a solo deo  
 380 est, et quicquid boni in creaturis reperitur, id omne a Deo profectum est. Solomon et Da  
 niel mortalium sapientissimi omnem sapientiam uni Deo tribuunt. Notus est enim locus  
 Danielis 2. cap. Theophylactus hunc ipsum Pauli locum enarrans egregie scribit in haec  
 uerba, Soli autem sapienti dixit, non quod pater a filio et spiritu sancto separatus sit, sed  
 cum constet et angelos sapientes dici et homi

[ p.106 ]

---

*mg* Solus deus sapiens quo nodos |

## COMMENT. IN I. EPIST.

385 nes, ostendit hunc solum praecipue sapere ut qui fons sit et causa sapientiae: reliqua uero quae sapientiam uendicant condita sunt et creata et participatione quadam hanc assequuntur.

*Hoc praeceptum comendo tibi fili Timothee secundum praecedentes usque ad te prophetias, ut milites in eis bonam militiam, habens fidem et bonam conscientiam.*

Epilogus est. Redit enim ad institutum et summam rei repetendo infert. Hoc igitur mandatum, ait, ô fili Timothee, quod non est nouum aut nuper domi nostrae natum, 390 sed secundum prophetias id est scriptu ras propheticas quas nosti ante te fuisse et tibi ceu per manus traditas, docentes geminam dei et proximi charitatem, iusto legem non esse positam sed iniustis, gratia autem domini nostri Iesu Christi iustificari pec catores, hoc inquam praeceptum uetus diuinum et pro pheticum commendo tibi ut custodias illibatum et ee clesiis tradas purum et incontaminatum. Vt milites in eis bonam militiam. 395 Allegorice id pronuntiauit, monens episcopum uigiliae et diligentiae. Praeesse enim ecclesiae et docere populum est peculiare quoddam militiae genus, in quo sathan, scelera, falsi fra

---

*mg* Colligitur summa doctri nae sanae. |

## AD TIM. CAP. I.

tres, haeretici hostili exercitu in populum dei mouent. Aduersus horum artes insidias et incursiones uigilare et populum dei ducere debet episcopus armatus tota illa dei panoplia quam descripsit apostolus ad Ephe. 6. Et Paulus in praesentiarum adiicit in eandem 400 sententiam, Habens fidem et bonam conscientiam. Prius enim monuit finem praecepti esse charitatem ex conscientia bona et fide non simulata. Hanc qui debet tradere aliis eius non sit expers oportet. Haec expendant mihi episcopi nostrorum temporum qui nihil aliud quam prophanæ et maledictæ a Deo militiae cruentissimi milites et faces 405 sunt. Discant se sub coelestis et ecclesiasticae militiae signa uocatos duces uerbi et propugnatores populi dei aduersus sathanam scelera et haereses agere debere. Desinant ergo facere quod faciunt, et faciant quod dominus iubet, aut horribile propediem expectent iudicium. Non igno ro autem haec Pauli uerba, Commendo tibi hoc praeceptum κατὰ τὰς προαγούσας πίσε προφητείας, id est iuxta ad te praecedentes prophetias, aliter 410 exponi ab aliis, nimirum in hanc sententiam, Sicuti spiritu prophetiae admonitus feci te episcopum, ita diem Christi.

[ p.107 ]

## COMMENT. IN I. EPIST.

*Qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt, quorum de numero est Hymenaeus et Alexander, quos tradidi sathanae, ut discant non maledicere.*

Contrario exemplo ad finem huius causae appenso ad fidem et diligentiam denique constantiam pasto ralem animat. Congruit autem finis huius capituli cum principio. In principio dixit finem praecepti esse charitatem ex conscientia bona et fide non ficta, a  
415 quibus quod aberrarint quidam deflexerint ad uaniloquium adeo turpe ut non amplius intelligant seipsos, neque quid asserant norint. In fine autem dicit Hymenaeum et Alexandrum cum nonnullis aliis repulisse fidem et charitatem et ideo circa fidem id est uera religionis capita fecisse naufragium impegisseque in scopolos perfidiae. Verisimile autem est Alexandrum hoc ipsum quod Hymenaeum sensisse, de cuius sententia in  
420 posteriori epistola scribens, Hymenaeus inquit et Philetus circa ueritatem aberrarunt dicentes resurrectio nem iam esse factam, et subuertunt quorundam fidem. De qua re dicemus suo loco. Proprie autem allegoriam duxit ab iis qui faciunt naufragium. Tutissima enim nauis in uasto hoc mundi errorum et scele

mg Tuta nauis ueritas. |

## AD TIM. CAP. II.

rum pelago est ueritas canonica fides pura et charitas sincera. In his qui perstant et  
425 pura simplicitate ad portum tendunt salutis, salui portum attingunt foelicitatis aeternae. Porro qui flatibus arrogantiae et contentionis uela dant abreptique malarum cupiditatum fluctibus a uia recta recedunt, et fidei lucidam cynosuram negligunt, impingunt in perfidiae scopulos atque intereunt. Quid uero sit sathanae tradere expositum est 1. Cor.5. cap. Finis huius traditionis est ut pudore probroque correcti, discant ab impiis parumque  
430 Christianis dogmatis temperare. Hactenus tractauimus negotium de sana doctrina tradenda et uitandis fabulis, diuersis impiisque dogmatis atque opinionibus.

[ p.108 ]

## CAP.II.

*INSTRVITVR COETVS ECclesiasticus. Adhortor igitur ut ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes, interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, et omnibus in eminentia constitutis, ut placidam ac quietam uitam degamus cum omni pietate et honestate.*

## COMMENT. IN I. EPIST.

Proximum sanae doctrinae quod ecclesia Christi habet preces sunt sacrae, sub quas refero Coenam gratulatoriam sacrificium scilicet laudis et gratiarum actionis. Et in Actis cap.2. legimus de primitiua ecclesia, Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum et communicatione et fractione panis et precationibus. Baptismi autem paulo ante haec  
5 uerba meminerat Lucas. Proinde satis fuerit ecclesiae sanctae si habeat doctrinam sanam

id est euangelicam, praedicantem in nomine Christi poenitentiam et peccatorum remissionem, item prophetiam id est lectionem ac expositionem scripturarum piam, preces denique et coenam mysticam, quibus addimus eleemosynam atque Baptismum. De quibus diximus et in 2. et 20. cap. Act. aposto. et in 1. ad Corin. 11. cap. Certe apud  
 10 uetustissimas ecclesias in coetibus sacris plura istis non habuere Christiani ad iustam institutionem ordinationemque ecclesiasticam necessaria. Temporum successione et pastorum negligentia factum est ut istorum uestigia uix appareant, de doctrina prophetia precibus sacris et coena mystica loquor. Nam haec corruptit auaritia superstitio et inuouandi studium. Inde enim irrepsere ab usus missarum, sacrificia pro mortuis, murmur  
 15 et cantus templorum. Olim in coetibus sacris paucissimae conspiciebantur Ceremoniae, et quae erant uel ad doctrinam uel ad preces pertinebant. Omnia uero uul

mg Coetus ecclesiastici ueterum qua les fuerint. |

## AD TIM. CAP. II.

[ p.109 ]

gari lingua fiebant et recitabantur ad utilitatem omnium. Nihil hic erat uenale. Nullus uel emptor uel uenditor negotiabatur in aede sacra. Nullum erat discrimen inter plebem et sacerdotem, nisi quod hic pro ministerio suo et institutione sacris praeerat. Et ne quid  
 20 hac in re dissimulem coetus ecclesiastici ante annos mille fuerunt huiusmodi. Confluebat in aedem sacram cultus diuini gratia populus. Dum autem ingrederetur aedem, ab iis qui iam conuenerant Psalmi aliquot in aliis quidem ecclesiis canebantur in aliis recitabantur tantum, donec uniuersus coetus plene coisset. Hoc uero sacrorum initium ab introeundo appellarunt introitum. Iam ubi conuenisset ecclesia acclamabatur ab  
 25 omnibus unanimi concentu κύριε λείησον kyrie eleison, Domine miserere. Addebatur a quibusdam Hymnus qui dicitur angelicus, cuius initium est Gloria in excelsis Deo. Hic est gratulatorius et deprecatorius. Hoc finito collectam recitabat minister aliquis ecclesiae. Ea erat orationis species qua totius ecclesiae uota et necessitates collectae Deo recitabantur. Deinde praelegebatur a Diaconis eruditioribus locus aliquis siue ex  
 30 libris propheticis siue literis apostolicis pro tempore loci et populi ratione delectus. His absolutis in aeditorem locum per gradus ascendebat episcopus euangelium Christi praedicaturus. Plebs interim carmine concepto sancti spiritus gratiam implorabat, quod  
 a

## COMMENT. IN I. EPIST.

gradibus Graduale appellari coepit. Hic uero magna cum autoritate praelegebat euangelium episcopus, deinde uero interpretabatur. Ad finem contionis sacrae recitabat  
 35 symbolum quod apostolorum uocant uel Nicenum uel Secundo conditum. Praeterea totam ecclesiam inuitabat ad misericordiam, ut quilibet pro suis facultatibus aliquid in aerarium conferret pauperum: eam sacri portionem nuncupabant Offertorium. Et Pontius Paulinus docet mensam in ecclesia poni solitam pro pauperibus cibo reficiendis quam et  
 40 domini mensam uocat, et a domino positam. Hac inquam ratione hisce ceremoniis et ritibus exercebant preces et doctrinam sanam ueteres. Attamen hic ritus non per omnia

omnibus erat communis. Quidam enim sacrum coetum non a Psalmis auspicabantur, sed ab acclamatione κύριε ἐλέησον. Idem non habebant inusu uel Hymnum angelicum, uel collectas, uel carmen graduale. Huic rursus alii succinebant Hebraeorum Alleluiah  
 45 ut alibi indicat Hieronymus. Apud quosdam episcopus ipse sine istis omnibus sacra contione et adiectis publicis precibus conuentum et in cipiebat et dimittebat. Nulla uero ecclesia cogebatur in alterius ritus et infituta iurare, dummodo pre ces et sacrae contiones saluae essent, sancteque exercerentur. Et optimae perpetuo quam paucissimis contene tae potissimas impenderunt doctrinae et precibus. Por

## AD TIM. CAP. II.

[ p.110 ]

50 ro in Coena mystica hic ritus apud omnes penee ecclesias seruabatur. Prodiat in coetum sacerdos. Instructa pane et uino stabat in prospectu populi mensa mystica, huic iste assistens populo benedicebat dicens, Dominus uobiscum. Is uero respondebat, Et cum spiritu tuo. Deinde hunc ad res maximas excitans mentesque' singulorum praeparans clamabat, Sursum corda. Respondebat plebs, Habemus ad dominum. Cyprianus enim  
 55 in sermone de oratione Dominica, Ideo et sacerdos inquit ante Orationem praefatione praemissa parat fratrum mentes dicendo, Sursum corda, dum respon det plebs, Habemus ad dominum, admoneatur nihil aliud se quam dominum cogitare debere. Haec Cyprianus. Hinc uero ad gratiarum actionem inuitans sacerdos ait, Gratias agamus domino deo nostro. Responde bat plebs, Dignum et iustum est. Hic subiiciebat sacerdos, Vere  
 60 dignum et iustum est aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens aeterne Deus per Christum dominum nostrum. Horum enim pene omnium meminit et Augustinus lib. de Bono perseuerantiae cap.13, dicens, Quod ergo in sacramentis fidelium dicitur, ut sursum corda habeamus ad dominum, munus est domini, de quo munere ipsi domino deo nostro gratias agere a sacerdote post hanc  
 65 uocem quibus hoc dicitur, admonentur, et dignum et iustum esse respondent etc

mg Coena mystica ueterum. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

Post ista autem uerba subiiciebat sacerdos, Qui pridie quam pateretur accepit panem, gratias egit, fregit, de ditque discipulis suis, dicens, Accipite edite, Hoc est corpus meum quod pro uobis datur. Et reliqua quae leguntur in euangelio. His magna cum religione peractis, dicebatur oratio Dominica. Id quod Hieronymus quo que testatur lib. aduersus  
 70 Pelagianos<sup>3</sup>. Sed et uulgo receptum est Apostolos tantum ad orationis dominicae preces consecrasse, hoc est celebrasse coenam mysticam. Post orationem dominicam sacra mysteria per cipiebat populus, communionemque sacramentorum cor poris et sanguinis dominici in unum corpus coalescebat ecclesiasticum cuius caput Christus est. Caeterum rite ad hunc modum peractis omnibus dimittebatur coetus. Ex his autem omnibus facile  
 75 colligit Lector non omnino stupidus unde abusus Missae papisticae fluxerit, et quam nihil hodie antiquae pietatis in hac nisi profunda obsoletaque prope nominum uestigia cernere liceat. Canonis cuius initium est, Te igitur clementissi me pater, hactenus nullam feci

mentionem eo quod certum sit hunc sero tandem receptum esse a quibusdam ecclesiis.  
 Et proculdubio melius hodie haberet coetus ecclesiasticus si nunquam fuisset receptus.  
 80 Verum non est institutum nostrum de his in praesentiarum agere prolixius, cum quaedam  
 et in episto. ad Hebr. annotarim. Haec in hunc finem hunc in locum annotare libuit

## AD TIM. CAP. II.

[ p.111 ]

ut intelligeret Lector quales fuerint olim coetus ecclesiastici, quodque piae antiquitatis  
 pro se nihil habeant, qui hodie abusum Missarum omnibus ecclesiis ut ritum apostolicum  
 obtrudere uolunt, adeoque et contendunt haereticos esse quotquot Missas suas uulgo  
 85 receptas non adorant. Imo adiicio his quod illis nouum fore nil ambigo, Gregorium  
 uidelicet eius nominis primum antistitem Romanum annis ab hinc ni fallor noningentis,  
 cui et Missas maxime debemus, nullam tamen ecclesiam ad ritum coëgisse uel suum uel  
 praescriptum alias. Id quod inde liquet quod Augustino episcopo Cantuariensi scribenti  
 percontantique', Cum una sit si des cur sunt ecclesiarum diuersae consuetudines et aliter  
 90 consuetudo Missarum in sancta Romana ecclesia atque aliter in Galliarum ecclesiis  
 tenetur? Gregorius in haec uerba respondet, Nouit fraternitas tua Romanae ecclesiae  
 consuetudinem in qua se meminit nutritum quam ualde amabilem te habeat. Sed mihi  
 placet ut siue in Romana, siue in Galliarum, siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti  
 quod plus omnipotenti Deo possit placere sollicite eligas in Anglorum ecclesia quae  
 95 adhuc ad fidem noua est institutione prae cipua quae de multis ecclesiis colligere potuisti  
 infundas. Non enim pro locis res sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo  
 quibusque ecclesiis quae pia quae religiosa quae recta sunt elige et hac quasi

mg Olim nemo ad praescriptum Missarum ritum seruandum coactus. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

in fasciculo collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone. Haec Gregorius.  
 Ea non profero quod praecipue iis innitar sed ut collatione istorum et nostrorum tempo-  
 100 rum euincam quam iniquis conditio nibus hodie nobiscum agatur, et quod contra uetus  
 exemplum ritus nobis obtruditur qui non modo nihil utilitatis et pietatis habet sed impi-  
 etatis et superstitionis plurimum. Neglecta igitur improbitate et con uitiis aduersariorum  
 teneamus obsecro ea in coetu sanctorum sine quibus sanctimonia non perficitur, nenpe  
 doctrinam sanam, et preces puras assiduasque', de doctrina sana disputatum hactenus,  
 105 de precibus quoq' sacris cum alias saepe dictum sit praesentia Pauli uerba perstringemus  
 modo. Primum et ante omnia iubet fieri preces, hoc ipso ostendens precibus sacris nil  
 per inde necessarium et utile esse. Praeterea tempus designat commodum, ut scilicet  
 ipso statim diluculo conueniant et communes ad Deum profundant preces. Plinius certe  
 in epistola quadam ad Traianum Imperatorem quae extat lib. episto. Plinii 10. meminit  
 110 moris fuisse Christianis ut stato die ante lucem conuenirent carmenque Christo deo dicerent  
 secum inuicem, seque sacramento aliquo non in scelus aliquod obstringerent sed  
 ne furta latrocinia et adulteria committerent. Et Tertullianus conuentus Christianorum  
 non semel ante lucanos coetus appellat. Quanquam hic nullam statua

mg Antelucani coetus. |

## AD TIM. CAP. II.

[ p.112 ]

mus necessitatem neque preces certo tempori affigamus. Liberum enim est Christianis et  
 115 locum et tempus designare precibus maxime idoneum. Certe matutinum tempus nemo  
 improbare potest, ut scilicet ieiuni ac sobrii simul cum luce Deo nostras preces offeramus  
 et uerbo eius eruditi protinus ad operas et negotiationes nostras digrediamur. Deinde  
 enumerat Paulus certas orationis species, sub his nimirum omnes intelligens. Erasmus  
 ex Graecanicis scholiis tria priora sic discriminat ut Paulus δέησιν uocarit qua rogamus  
 120 ut liberemur a malis et ideo Ambrosium eleganter uertisse deprecationem, προσευχήν  
 autem esse qua precamur ut nobis contingant bona, ντευξιτυ uero cum querimur de  
 his qui nos laedunt. Et multo uenustius haec omnia Paraphrasi explicans, Primum  
 deprecatur, inquit, Deum ut auertat omnia quae turbant et inquietant statum religionis  
 ac reip. Deinde postulent ab eo quae faciunt ad negotium pietatis et tranquillitatem  
 125 reipublicae. Sub haec aduersus eos qui persequuntur gregem Christi, nihil aliud quam  
 praesidium eius implorent. Postremo pro his quae Dei beneficio contingunt agantur  
 gratiae. Habes in his quatuor speciebus orationis opinor reliquas omnes. Habes item  
 quid et pro quibus orandum sit, quanquam ea ipsa consequentibus copiosius exprimantur,  
 nempe pro omnibus hominibus. Nam Christianorum est imitari exemplum

mg Orationis species. | mg Pro quibus et quid orandum sit, |

## COMMENT. IN I. EPIST.

130 Dei patris et Iesu Christi filii sui. Ille autem sinit solem suum oriri super bonos et malos.  
 Hic uero etiam pro persecutoribus orauit. Gentiles in sacris suis deuotum Christo  
 addictos. At Christiani pro uniuersis hominibus etiam inimicis et peccatoribus orare  
 debent. Varias item sunt necessitates hominum, sunt temptationes multae, infirmitates  
 quoque cum animi tum corporis crebrae quibus affliguntur tum boni cum mali. Pro  
 135 his omnibus orandus est dominus. Addit, Pro regibus et omnibus μπεροχ id est in  
 sublimitate et dignitate constitutis: qui uidelicet in republica proceres sunt dignitateque  
 et functione aliqua ciuili eminent. Loquitur autem et de regibus ethnicis et de magistratu  
 a religione Christiana alieno. Ita enim et Ieremias ad eos qui apud idololatrias in Babylone  
 te nebantur captiui scribens, unde haec Pauli desumpta creduntur, praecipit, Et quaerite  
 140 pacem ciuitatis in quam migrare feci uos illuc et orate pro ea ad dominum quia in  
 pace eius erit pax uestra. Et Tertullianus ad Scapulam, Sacrificamus inquit pro salute  
 Imperatoris, sed Deo nostro et ipsius, sed quomodo praecepit Deus pura prece. Non enim  
 eget Deus conditor uniuersitatis odoris aut sanguinis alicuius. Haec enim daemoniorum  
 pabula sunt. Et in Apologetico cap.39. Coimus, inquit, in coetum et aggregationem ut  
 145 ad Deum quasi manu facta precationibus ambiamus orantem

## AD TIM. CAP. II.

[ p.113 ]

tes. Haec uis deo grata est. Oramus etiam pro imperatoribus pro ministris eorum ac potestatibus, pro statu saeculi, pro rerum quiete, pro mora finis. Item 3o. ca. pite eiusdem libri, Oramus semper pro omnibus imperatoribus, uitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, et quaecunq; hominis et Caesaris uota sunt. Sed et ipse Paulus quid oremus significautissime adiiciens ait, Vt placidam siue tranquillam ac quietam uitam degamus: non equidem in uoluptatibus et impuritate sed in omni pietate siue uero dei cultu genuinaque religione in iustitia και σεμνότητι et honestate. Nam σεμνότης honestatem significat, uerecundiam, sanctimoniam, et grauitatem, item morum praecipue seueritatem in adolescentia probe instituta. Opponuntur haec seditionibus turbis atque bellis quibus labefactantur omnia honesta studia, corrumpuntur mores, perit honestas, soluitur fides et pudicitia. Potissimum itaque pro tranquillitate publica orabit ecclesia, aut si omnino bella pro defensione legum patriae et iustitiae gerenda suscipiuntur a magistratibus oret ecclesia dominum ut uictoria suis concessa iustam pacem oppressa omni iniustitia restituat. Harum rerum exempla innumera inuenias in Psalmis quibus omnium orantium uota plenissime comprehenduntur. Habes pro quibus et quid omnino orandum sit.

## COMMENT. IN I. EPIST.

*Nam hoc bonum est et acceptum coram seruatore nostro Deo, qui cunctos homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis ue nire.*

Quia uero preces pro incredulis et ethnicis fusae uideri poterant inutiles contraque decorum et uoluntatem dei fieri, ideo iam superiorum ueluti causam reddens addit, Nam hoc est bonum et acceptum coram seruatore nostro Deo, qui cunctos homines uult saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire. Hinc enim sequitur quod nostrum sit pro omnibus orare, nemini ueritatis doctrinam denegare. Qui enim sumus ut resistamus uoluntati dei? Vult ille omnes homines saluos fieri, neminem excludit a salute. Vult omnes ad agnitionem ueritatis uenire. Inde scriptum est in prophetis, In omnem terram exiuit sonus eorum et in fines or bis terrae uerba eorum. Cui respondet illud domini praeceptum, Ite in orbem uniuersum et praedicate euangelium omni creaturae. Diuersa sunt cultoribus dei designata tempora. Non enim uniuersi prima statim hora ueniunt, quidam sero tandem uineam domini ingrediuntur et eundem cum primis denarium recipiunt. Ne ergo desperemus aut iudicemus de infidelibus temere. Solet hoc loco necti quaestio spinosior

mg Quaestio praedestinationis et liberi arbitrii. |

## AD TIM. CAP. II.

[ p.114 ]

quidem quam utilior, Cum deus uelit omnes homines saluos fieri, qui fiat ut non omnes saluentur? Nec ignoro quid hic a plerisque responsum et quam odiose concertatum sit

maximo etiam cum dispendio et scandalo piarum mentium. Alii enim gratiam illam dei qua sola beamur prope ad blasphemiamque defenderunt, reiicientes in Deum omnium peccatorum culpam. Alii uero istud offendiculum uitare uolentes huc prolapsi sunt ut  
 180 et ipsi non citra blasphemiam dei tribuerint homini quae dei sunt. Vt enim illi nihil relinquunt homini ne peccata quidem: ita hi nihil non tribuunt uiribus hominis. Vtrinque peccatum est et utrisque usu uenit quod prouerbio dicitur, Incidit in Scyllam cu piens uitare Charybdim. Multo prudentius et religi osius uidentur mihi hanc quaestionem expediisse ueteres, qui de ipsa aduersum Pelagianos disputarunt copiosissime, atque ita  
 185 ut quaecunque hominis sunt relique rint homini, quae uero dei sunt Deo. D. Ambrosius siue alius quispiam uir sanctus et doctus de hac re aedidit libros duos inscriptos De uocatione omnium Gentium, in iis tandem negotium totum in hoc contraxit compendium, remotis abdicatisque omnibus concertationibus quas intemperantium disputationum gignit animositas tria esse perspicuum est quibus in hac quaestione debeat inhaereri.  
 190 Vnum quod profitendum est, Deum uelle omnes homines saluos fieri et in agnitio

## COMMENT. IN I. EPIST.

nem ueritatis uenire. Alterum quod dubitandum non est ad ipsam cognitionem ueritatis et perceptionem salutis non suis quenquam meritis sed ope atque opera diuinae gratiae peruenire. Tertium quod confitendum est Altitudinem iudiciorum dei humanae intelligentiae penetrabilem esse non posse, et cur non omnes saluet qui omnes uult saluos fieri  
 195 non oportere disquiri. Quo niam si quod cognosci non potest non quaeratur inter primam et secundam definitionem non remanebit cau sa certaminis, sed segura ac tranquilla fide utrumque prae dicabitur utrumque credetur. Deus quippe apud quem non est iniquitas et cuius uniuersae uiae misericordia et ueritas omnium hominum bonus conditor iustus est ordinator, neminem indebite damnans neminem in debite liberans, nostra plectens  
 200 cum punit noxios, sua tribuens cum facit iustos ut obstruatur os loquentium iniqua et iustificetur Deus in sermonibus suis et uincat cum iudicatur. Nec damnati iusta quaere monia nec iustificati uerax est arrogantia, si uel ille dicat non meruisse se poenam uel iste asserat meruisse se gratiam. Congruunt his Ambrosianis Augustiniana quae leguntur lib. de Bono perseuerantiae cap.19. Hic tamen non negarim rationem commodiorem  
 205 inueniri posse qua hic nodus dissoluatur. Neque hoc dissimulat Aurel. August. cuius uerba quod mire huc faciant ex 53. Tra cta. in Ioannem nunc ascribo. Si quis istam quaestionem

## AD TIM. CAP. II.

inquit liquidius et melius nouit se posse et confidit exponere, absit ut non sim paratior  
 210 discere quam docere, tantum ne audeat quisquam liberum arbitrium sic defendere ut nobis orationem qua dicimus, Ne nos inferas in tentationem, conetur auferre: rursus ne quis neget uoluntatis arbitrium et audeat excusare peccatum. Sed audiamus dominum et praecipientem et opitulantem et iubentem quid facere debeamus, et adiuuantem ut implere possimus. Nam et quosdam nimia uoluntatis suae fidutia extulit in superbiam, et quos dam nimia uoluntatis suae diffidentia deiecit in negligentiam. Illi dicunt, Vt  
 215 quid rogamus Deum ne uinca mur tentatione quod in nostra est potestate? isti dicunt,

[ p.115 ]

Vt quid conamur bene uiuere quod in dei est po testate? O domine ô pater qui es in  
 coelis ne nos inferas in quamlibet istarum tentationum, sed libera nos a malo. Audiamus  
 dominum dicentem, Rogau prote Petre ne deficiat fides tua. Nec sic existimemus fidem  
 nostram esse in libero arbitrio ut diuino non egeat ad iutorio. Audiamus et euangelistam  
 220 dicentem, Dedit eis potestatem filios dei fieri ne omnino existimemus in nostra potestate  
 non esse quod credimus uerum in utroque illius beneficia cognoscamus. Nam et agenda  
 sunt gratiae quia data est potestas et orandum ne succumbat infirmitas. Ipsa est fides  
 quae per dilectionem operatur sicut eius mensuram dominus cuique partitus

## COMMENT. IN I. EPIST.

est, ut qui gloriatur non in seipso sed in domino gloriatur. Hactenus Augustini uerba  
 225 recensui. Ex quibus omnibus liquet quod bonam illam dei uoluntatem attinet ipsum  
 quidem uelle cunctos homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis uenire, et proinde  
 quod alii ueniunt non esse humani meriti sed diuinae uoluntatis et gratiae, quod uero  
 alii non ueniunt humanae malitie et corruptionis. Salus igitur et iustificatio non erit  
 neque uolentis neque currentis sed miserentis dei, credentque quotquot ordinati sunt  
 230 ad uitam aeternam. Sunt autem ad aeternam uitam ordinati quicumque in Christum  
 credunt. Deus enim omnia agit lege certa et ordine iusto. Elegit nos antequam iacerentur  
 fundamenta mundi, sed in Christo et ad sanctimoniam. Itaque qui Christo fidunt et  
 student sanctimoniae electi et ad uitam ordinati sunt. Electio enim dei a uoluntate non  
 est separanda neque sola praeter ordinem et contra media est iactanda. Petrus enim  
 235 electis scribit dei secundum praefinitionem dei patris per sanctificationem spiritus in  
 obedientiam et aspersionem sanguinis Iesu Christi. Et Paulus, Quos inquit praesciuit  
 Deus eos et praefiniuit ut conformes fiant imagini filii eius, etc. iam cum constet non  
 omnes conformes fieri imagini filii eius, colligunt alii non omnes ad uitam esse praescitos,  
 proinde tropo hunc Pauli locum exponunt Deum uelle omnes credentes saluos facere.  
 240 Quod et

## AD TIM. CAP. II.

apud Augustinum contra Pelagianos inuenies, et plane uerum est. Impii enim non  
 saluantur sed pii tantum. Caeterum illi non habent quod Deo qui pro bonitate sua uoluit  
 eos ad agnitionem ueritatis uenire, suae dannationis et impietatis culpam impingant.  
 Non enim sequitur praescientiam dei nos ad res impias affigereut culpam peccati in  
 245 Deum reiicere possimus. Recte enim D. Augustinus Tracta. in Ioan.53. Non propterea  
 quenquam deus ad peccandum cogit quia futura hominum peccata iam nouit. Ipsorum  
 enim praesciuit peceata, non sua non cuiusquam alterius sed ipsorum. Fecerunt ergo  
 peccatum Iudaei, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet, sed facturos  
 esse praedixit quem nihil latet. Et ludas non ideo prodidit dominum quod ita de eo  
 250 scriptum esset, sed ideo de eo scriptum erat quod deus praesciret auaritia et desperatione  
 animum ipsius fore corrupendum. Obiicis, Atqui ratione pari consequetur ut quia  
 uiderit deus fidelium bona opera praedestinarit eos ad uitam aeternam, unde consequatur  
 electionem dei pendere a nostris meritis. Nequaquam. Nam mala quae ex corruptione et  
 labe primaria uere nostra sunt puniuntur in nobis iustitia dei: sed gratia dei electi sumus

[ p.116 ]

255 ad uitam uon propter opera nostra, sed propter sanguinem Christi. 2. Timoth. 1. Haec  
in praesenti ex uetustis scriptoribus praecipuisque religionis nostrae antistitibus pro

## COMMENT. IN I. EPIST.

ferre libuit. Quod si alii melius quiddam reuelatum fuerit certe cum Augustino discere  
quam docere malo, dummodo Deus non blasphemetur et in illum omnis culpa malitiae  
et scelerum nostrorum non reiciatur, aut nostris uiribus tribuatur quod reuera illius  
260 gratiae est. Dominus enim apud Oseam planis uerbis pronuntiat, Perditio tua Israel, sed  
in me est auxilium tuum. Et in euangelio dicit Christus, Hierusalem Hierusalem, quoties  
uolui te congregare sicut gallina congregat pullos suos sub alas, et tu noluisti. Item  
Daniel, Tibi domine inquit iustitia, nobis autem confusio facierum. Et Daud, Ne intres  
in iudicium cum seruo tuo quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Non  
265 nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Iustus est dominus in omnibus uis  
suis, et sanctus in omnibus operibus suis. Et Paulus, Si adhuc uelatum est euangelium  
nostrum in his qui pereunt uelatum est in quibus Deus huius saeculi excaecauit sensus  
incredulorum ne illucesceret illis lumen euangelii. Vt ergo uno uerbo dicam omnia, Lux  
et salus a sola dei gratia est, Excaecatio et damnatio a corruptione nostra. Quod uero deus  
270 interim excaecare dicitur iustitiae eius est, secundum quam merito punit inobedientiam  
et perfidiam nostram induratione desperatione et caecitate. Ipsi soli gloria in saecula,  
Amen.

## AD TIM. CAP. II.

*Vnus enim Deus, unus etiam mediator dei et hominum homo Christus Iesus, dedit  
semetipsum precium redemptionis pro omnibus, ut esset testimonium temporibus suis  
in quod positus sum ego praeco et apostolus? ueritatem dico in Christo non mentior  
doctor gentium cum fide et ueritate.*

[ p.117 ]

Ad confirmationem superiorum etiam haec pertinet. Nam si unus Deus est qui neque  
Iudaeorum Deus tantum est, neque huius uel illius gentis peculiaris, sed omnium ex aequo  
275 communis, si unus totius carnis mediator est inter Deum et hominem, siis semetipsum  
precium redemptionis impendit pro omnibus, profecto orandum nobis erit pro omnibus.  
Quando quidem uero insignis inter discipulos controuersia fuerat de eo num et gentibus  
natus esset Christus, et an Deus Gentium quoque Deus esset, ideo uocationem et mini  
sterium suum hic praedicat apostolus, ne quis testimonio eius, quo testabatur Christum  
280 omnibus redimendis uenisse et Deum non Iudaeorum tantum sed et Gentium esse Deum,  
diffideret. Haec in summa tractat

## COMMENT. IN I. EPIST.

praesens Pauli locus, iam ut singula repetamus et explicemus diligentius, Vnus inquit  
est Deus, quo non excludit uel spiritum sanctum uel filium qui non separatur a substau  
tia patris, substantia autem unus est deus, persona trinus, unitas ergo illa nontam ad  
285 substantiam dei refertur quam ad homines, qui unum id est communem habent Deum.  
Ita etiam unus id est communis omnium mediator est Christus Iesus, ut hunc nemo sibi

peculiariter uendicare possit. Non enim pro una aliqua gente, sed pro omnibus sese impendit. Verum uidentur haec quod ipsa uis euangelii in ipsis lateat altius esse repetenda. Mediator non est inter consentientes sed dissidentes. Qui enim concordant nullo opus  
 290 habent conciliatore. Et mediator et conciliator equipollent, ubi itaque mediator est ibi dissidium atque partes sunt. Et in praesentiarum partes sunt Deus et Homo. Hae inter se dissident. Causa uero dissidii est peccatum. At hoc non expiatur citra mortem et sanguinem. Oportet itaque huius dissidii mediatorem cum hominibus participare carne et sanguine adeoque et uerum hominem esse qui mori et sanguinem effundere possit.  
 295 Iam si nihil aliud quam homo sit et sanguis eius nihil differat a reliquo corruptorum hominum sanguine, non expiabit peccatum dissidii causam, imo nisi Deus quoque sit hic mediator ad deum nequaquam accedere poterit. Oportet enim mediatorem utriusque par

mg Vnus deus | mg Vnus mediator. |

## AD TIM. CAP. II.

[ p.118 ]

ti communem esse. Vere enim Chrysostomus, Homo inquit purus mediator nunquam  
 300 penitus fieret. Oportebat enim huiusmodi mediatorem cum Deo colloqui. Deus item solus mediator esse non posset. Neque enim suscepissent eum hi quorum mediator accederet. Pro inde diuino consilio uerbum caro factum est. Et Paulus in praesenti non citra emphasim dixit, Homo Christus Iesus. Quasi dicat, In hoc hominem induit Christus Iesus ut mediatorem agere posset. Verus ergo Deus et uerus homo est Christus.  
 305 Hic dedit semetipsum praecium redemptionis pro omnibus. Semetipsum inquam. Non enim per alium offerri potuit. sed per spiritum aeternum seipsum obtulit immaculatum deo. Hebrae.7.9. Et propheta, Oblatus est inquit quoniam ipse uoluit. Denique ipse dominus, Panis quem ego dabo ait caro mea est quam ego impendam pro mundi uita. Et uerbum quo hic utitur apostolus *ντίλυτρον* id significat praecium quo redimuntur  
 310 captiui ab hostibus, eamque commutationem qua capite caput uita redimitur uita. Ita ergo impendit se pro nobis dominus ut sua morte nos uiuificaret, suo sanguine expiaret, et ex maledictis faceret benedictos dei filios. Neminem exclusit hic nisi qui sese excludit sua ingratitude et perfidia. Hinc Paulus Impendit se ait pro omnibus. Quod autem alii hinc colligunt omnes etiam perfidissimos fore saluandos, petulanter blasphemant. Qui e

## COMMENT. IN I. EPIST.

315 nim eredit habet uitam aeternam, qui non credit dannabitur. Hoc quidem ab aeterno praeuidit Deus, uoluit autem praedicari suis temporibus. De quibus et prophetae, et Petrus 2. Pet. 2. Et Paulum delegit ut omnibus praedicaret salutem. Id uero iuramenti quadam specie confirmans addit, Veritatem dico per Christum, non mentior quod Deus uidelicet me delegit ut sim Doctor omnium gentium, ut omnibus annuntiem gratiam  
 320 euangelicam, idque fideliter et uere. Haec uero eximia Pauli laus est.

*Volo igitur orare uiros in omni loco, sustollentes puras manus absque iracundia et disceptatione.*

Redit ad preces unde paulo ante fuerat digressus, tollitque loci superstitionem et ostendit qualis debeat esse oratio. Quasi dicat, Quod iubeo conuenire in coetum atque in hoc publicas profundere preces non est quod inde quis colligat preces nullibi quam in conuentu efficaces esse, imo uolo orare uiros in omni loco ubicunque res postulat. Omnis  
 325 enim locus purus est si animus non sit impurus. Et oratio ex mente non ex loco estimatur. Legitur Christus saepius in precibus pernoctasse sane non in templo, frequentius orauit in monte. Tollitur ergo hisce Pauli uerbis loci superstitio, ut

mg De orationis loco. |

#### AD TIM. CAP. II.

et apud Matthaeum in 6. et Ioan.in 4. Porro inde non sequitur, quod tamen uaesani  
 quidam colligunt, in templo non esse orandum. Non enim temere pronuntiauit dominus,  
 330 Domus patris mei domus orationis est. Et Paulus in templo non impie legitur in Actis orasse. Quod si in templo et aede sacra hoc est doctrinae precibus et sacramentis dicata orare non licet, certe oratio erit loco affixa. Atqui libera est, licet itaque et in aede sacra et in quouis loco ubicunque res et decorum ipsaque necessitas postulat orare. Audiamus nunc qualis esse debeat oratio. Volo inquit uiros orare sustollentes puras manus absque  
 335 ira et disceptatione. Caeterum exteriori orantis habitu adumbrat qualis esse debeat pie precantis animus. Eleuantur manus ad coelum, eleuetur et mens. Obluiscamur rerum terrena rum sola coelestia cogitemus. Proferimus et excutimus manus quoties palam testari uolumus nos a furto et rapina esse quam alienissimos, orantes igitur excutiamus ex pectore omnem iniustitiam crudelitatem et impuritatem, oremus autem mente pura  
 340 et sincera. Nam apud Isaiam in cap.2.clamat ad Israelem dominus, Cum extenderitis manus uestras abscondam oculos meos a uobis et cum multiplicaueritis orationem non exaudiam, eo quod manus uestrae plenae sint sanguinibus. Lauamini igitur et mundi estote et tollite malitiam conatum uestrorum e conspectu meo et

[ p.119 ]

mg Qualis esse debeat oratio. |

#### COMMENT. IN I. EPIST.

cessate malefacere. Apud Ieremiam in cap.n.dicit dominus, in singulis ciuitatibus et  
 345 plateis posuerunt aras ad offerendum Baal. Tu igitur noli orare pro populo hoc, quoniam ego non exaudiam. Huc pertinet quod Paulus adiungit χωρίς ργς και διαλογισμο sine ira et haesitatione siue disceptatione. Postremum illud referunt quidam ad fidutiam inconstantio rem et uacillantem, ut hic locus congruat cum illo Iacobi, Postulet cum fidutia nihil haesitans, etc. Alii retulerunt ad animum implicatiorem odio inuidiaque

350 uitiatum. Certe congruunt huc quae dominus apud Matthaem hisce uerbis docuit. Si  
 obtuleris munus tuum ad aram, et ibi recordatus fueris quod tibi cum fratre male conuenit,  
 relinque munus, abi et reconciliare fratri tuo. Munus nostrum oratio est. Pura enim  
 prece uult sibi litari dominus. Ara autem nostra cor nostrum est. Si igitur constituamus  
 355 apud nos precari, tollamus prius ex animo quicquid inuidiae et malitiae contra fratrem  
 concepimus, ut ex pura bonaque ; conscientia dicere queamus, Dimitte nobis peccata  
 uostra sicut et nos remittimus debitoribus nostris. Tertullianus in 3o. cap. Apolog.  
 describens exteriori quoque orantium habitu mentis iustam compositionem. Ad coelum  
 inquit supficientes Christiani manibus expansis, quia innocuis, capite nudo, quia non  
 erubescimus, deniq sine monitore, quia de pectore oramus precantes sumus

## AD TIM. CAP. II.

360 omnes semper pro omnibus. Et paulo post, Offerimus deo opimam hostiam orationem de  
 carne pudica, de anima innocenti, de spiritu sancto profectam. Haec imitemur obsecro  
 qui hodie Christiani uideri uolumus et inuicem batalogia lacessimus. Non enim in  
 uerborum copia non in numero, sed in pietate et fide in assi duitate et charitate consistit  
 efficatia et uirtus orationis.

[ p.120 ]

*Consimiliter et mulieres in amictu modesto cum uerecundia et castitate ornantes semetip-  
 sas, non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis aut uestitu sumptuoso, sed quod decet  
 mulieres profitentes pietatem per opera bona.*

365 Nihil in hunc locum adfertur a receptis interpretibus quod non in breuem summam  
 contraxerit Paraphrastes, nec quicquam dici potest necessarium quod idem non sit hisce  
 uerbis complexus, quae hic malui ascribere quam post planam illam expositionem  
 proluxius cornicari. Ad exemplum uirorum inquit precentur et mulieres. Si quid est  
 in animo muliebrium affectuum id prius eiiciant, pro ludaicis purgationibus morum  
 370 innocentiam adferentes, ad hanc uicti

mg Mulierum ornatus et habitus in coetu sacro. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

mam animi non corporis cultum adhibeant, non nuditate corporis uirorum oculos ad  
 libidinem sollicitantes, sed amictu tectae et eo amictu qui modestiam qui pudorem  
 qui pudicitiam prae se ferat. Absit autem ut Christianae mulieres eo cultu prodeant  
 in coetum sacrum quo uulgus prophanarum mulierum solet ad nuptias aut theatrum  
 375 exire, quae se multo studio prius ornant ad speculum arte contortis crinibus, aut auro  
 intertexto, aut pendulis ab auribus collonue margaritis, aut alioqui holoserica purpureaue  
 ueste quo simul et formam spectatoribus lenocinio commendent et suas ostentantes opes  
 tenuioribus suam inopiam exprobrent. Quin is sit potius Christianarum habitus qui uitae  
 respondeat qui dignus uideri possit iis mulieribus quae ueram pietatem ac dei cultum  
 380 profiteantur, non ostentatione diuitiarum sed benefactis quibus opibus unice delectatur

Deus, cuius oculis foedum est quod mundo uidetur splendidum et magnificum. Haec paraphrastes. Paria propemodum reperies in 2.ad Corinth.12.et 1.Pet.3. cap. Tertullianus scripsit libellum de Cultu foeminarum eruditissimum et utilissimum, quem hisce uerbis mire uidelicet ad praesentia facientibus concludit, Proдите uos iam medicamentis et ornamentis extractae apostolorum, sumentes de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, depictae oculos uerecundia et spiritus taciturnitate, inseren

## AD TIM. CAP. II. 120

tes in aurem sermonem dei, annectentes ceruicibus iugum Iesu Christi. Caput maritis subiicite et satis ornatae eritis. Manus lanis occupate, pedes domi figite et plus quam in auro placebunt. Vestite uos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiae.

390 Taliter pigmentatae Deum habebitis amatorem.

*Mulier in silentio discat cum omni subiiectione. Caeterum mulieri docere non permitto, neque auctoritatem usurpare in uiros sed esse in silentio. Adam enim prior formatus est, deinde Eua, et Adam non fuit deceptus, sed mulier seducta fuit per praeuaricationem: salua tamen fiet per generationem liberorum, si manserit in fide ac dilectione et sanctificatione cum castitate.*

Quo facilius a mulierculis quod praescripserat impetraret Legem dei profert admonens illas sui officii et humilitatis. Lege autem dei praecipitur mulieribus obedientia silentium et humilitas. Est autem hoc ge

mg Lex de mulierum disciplina. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

nus hominum natura garrulum fastuosum et recalcitrans. Hinc Paulus, Mulier inquit

395 in silentio discat cum omni subiiectione. Id est mulieres silere et per omnia subesse et a uirorum auctoritate pendere debent. Sequitur enim huius legis expositio, Mulieri docere non per mitto, neque ; υθεντε υ υδρός id est auctoritate uti in uiros et illos ad suum cogere affectum legesue praescribere authenticas, sed omnino esse in silentio. Hanc legem repetiit et in 1. ad Corinth.14. cap. et transsumpsit ex Gene. 3. cap. ubi in

400 haec uerba pronuntiat dominus, Multiplicando multiplicabo dolorem tuum et conceptum tuum. In dolore paries filios, et ad uirum tuum erit desyderium tuum, et ipse dominabitur tibi. Id est nihil constitues priuato affectu sed ad nutum uiri omnia ages. Proinde cum in rebus priuatis reuerenter debeant auscultare mulieres, multo minus publicis functionibus praefici debent. Inuertunt enim naturae et dei ordinem qui in iudiciis

405 exercendis inque dicendis sententiis, in ferendis item legibus, denique et in ministeriis et functionibus ecclesiasticis ullum locum permittunt mulieribus. Vnde consequens est et humanarum et diuinarum rerum ex aequo fuisse ignaros qui Abbatissas (sic enim uocarunt principes inter uirgines Vestales, in quarum numero tamen non deerant scorta Corinthiaca) praefecerunt rei pub. legibus adde et sacris functionibus. Causas di

## AD TIM.

[ p.121 ]

410 uinae legis subiicit apostolus ne quis muliercularum causam agens quereretur istam ex  
audacia et libidine uirorum esse promulgatam. Prior causa est, Adam prior formatus est  
deinde Eua, adeoque ex uiro formata est foemina, adde quod in adiutorium uiri a Deo  
condita, ut portio uerius uiri sit quam caput: non e capite sed latere uiri sumpta. Posterior  
causa est, Adam non fuit deceptus sed mulier seducta fuit. Vir enim neque serpentis  
415 promissionibus, neque pomi illecebra decipi potuisset: sola charitas uxoris pertraxit ad  
pernitiosum obsequium. Denique Adam homo a quo nihil humani alienum non saxum  
rigidum erat, ut nihil dicant qui obiiciunt uirum debuisse constantiorem fuisse quam  
quem illecebrae fregissent uxoris. Fons ergo praeuaricationis a foemina existit. Hinc  
non temere ad mulierem Tertullianus de habitu muliebri, Tu inquit es diaboli ianua, tu  
420 es arboris illius resignatrix, tu es diuinae legis prima desertrix, tu es quae eum suasisti  
quem diabolus aggredi non ualuit, tu imaginem dei hominem tam facile elisisti, propter  
tuum meritum id est mortem etiam filius dei mori habuit etc. Quando ergo magisterium  
Euae non uni Adae sed toti mortalium generi semel cessit pessime, subesse posthac et  
iure ad uirum respicere iubetur mulier quaelibet. Agnoscat imbecillitatem et lapsum  
425 ueterem, ac satis habeat quod quae olim fuit dux ad impietatem et ruinam

## COMMENT. IN I. EPIST.

nunc erroris memor sequatur uiri pietatem et resurgat in pia obedientia. Non enim  
haec dicuntur in contumeliam omnium mulierum, neque ideo excluduntur a consortio  
sanctorum, nec quisquam putet sibi ideo in istas licere quidlibet. Imo cum muliercularum  
genus alias sit timidulum, ne in desperationem prorsus praeceps rueret, addit nunc  
430 consolationem, dicens, Salua tamen fiet per generationem liberorum etc. Atqui certum est  
salutem non deberi ullis meritis nostris, tantum abest ut debeatur procreationi liberorum.  
Sola enim dei gratia per Christum saluamur. Abutitur ergo saluandi uerbo pro reparandi,  
quemadmodum et Germanis mos est usurpare uerbum heylen für widerbzingen vnd  
ersetzen. Quasi dicat, Audistis quantam muliebris sexus sibi inusserit maculam, sed ea  
435 eluetur si non desit suo officio. Officium autem mulierum est liberos gignere, labores et  
dolores quos secum trahit partus et educatio liberorum pacienter tolerare, liberis omnem  
operam et diligentiam impendere, fidem item cum erga deum tum maritum seruare,  
utrumque diligere ex animo. Sic autem fiet ut excusa omni superstitione cui tamen  
440 fidem quoque coniugalem non uiolent, deum item ante omnia, mox maritos diligant  
quemadmodum ecclesia solet diligere Christum sponsum suum. Huc

---

*mg* Gene.3. |

## AD TIM. CAP. II.

[ p.122 ]

pertinet sactimonia et castitas siue pudicitia et sobrietas. Debent enim mulieres animo et  
corpore integrae et sanctae esse, deinde castae et sobriae in dictis factis moribus denique

toto corporis gestu et habitu, Titum 2. Mulier enim impudica monstrum uerius hominis  
 445 quam homo est. Hisce autem caeterisque uirtutibus sarcient inquit Paulus, quod in  
 primo illo lapsu diminutum est, quod scilicet hominis partes et officia attinet, alias nemo  
 negare potest omne reparationis precium et meritum passioni dominicae deberi. Doceant  
 ergo episcopi sancti quod non puduit sanctissimum Christi apostolum Paulum docere.  
 450 Quidam non sustinentes doctrinam sanam ad fabulas conuertuntur et nugantur de uita  
 monastica ac uirginitate quam interim sanctissimam deoque gratissimam esse credimus,  
 si modo eiusmodi sit qualem describit apostolus 1. Cor. 7. Caeterum coactam illam et  
 inuoluntariam adeoque et immundam non damnare non possumus, quod certo sciamus  
 deo probari placereque sanctimoniam cum animi tum corporis. Vnde et apostolus  
 455 praecepit corpora nostra possideamus in sanctimonia et honore et non in concupiscentia,  
 alibi quoque commendans connubium sanctum et immunditiam damnans. Honora bile  
 ait est connubium apud omnes et cubile impollutum, scortatores autem et adulteros  
 iudicabit deus.

*DESCRIPTIO EPISCOPI ET familiae eius.*

mg Coelibatus monasticorum. |

COMMENT. IN I. EPIST.

In ecclesia dei hoc est sanctorum coetu ueluti anima est minister uerbi, utpote quem  
 Paulus alibi appellat cooarium dei, et per cuius ministerium deus populum suum  
 460 gubernat. Est igitur hic a deo constitutus ut ab ore eius cumcti expectent et audiant  
 uerbum dei, idem a domino ueluti lucerna quae piam toti domui est expositus ad quem  
 intendentes qui uersantur in domo quid agant norint. Nam in euangelio dominus ad uerbi  
 ministros, Vos, inquit, estis lux mundi. Sic luceat lux uestra coram hominibus ut uideant  
 uestra bona opera glorificentque patrem qui in coelis est. Proinde Paulus uitam et mores  
 465 Episcopi informat ne ex his ullae in ecclesiam offundantur tenebrae.

CAP. III.

*Indubitatus sermo, Si quis episcopi munus appetit bonum opus desiderat. Oportet  
 igitur episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum, uigilantem, sobri um,  
 modestum, hospitalem, aptum ad docendum, non uinolentum, non percussorem, non  
 turpiter lucri cupidum, sed aequum, alienum a pugnis, alienum ab auaritia,*

Chrysostomus et huius abbreviator Theophylactus hanc particulam πιστὸς λόγος  
 retulerunt ad

## AD TIM. CAP. III.

[ p.123 ]

superiora quae Paulus uoluerit indubitata esse, quod uidelicet dixit mulierem seruari  
 gignendis et recte in stituendis liberis. Videtur autem referenda esse ad con sequentem  
 5 Episcopi descriptionem ut sit occupatio quaedam. Ambiebant enim quidam hanc func-  
 tionem ob dignitatem ac quaestum et non uocati se ingerebant, clamantes honestum esse  
 quod appeterent. Hic uero Apostolus Episcopi munus sane (inquit) nemo ne scit hones-  
 tum esse munus, et qui hoc concupiscit ut prosit, honesto quidem illum desiderio flagrare.  
 Hic uero addendum quod inabsolutam sententiam perficiat, Verum ad hanc functionem  
 10 non quilibet sed selectissimus quisque appositus est: neque omnes illam appetunt ut  
 prosint. Quidam enim quaestum, honores, et tyrannidem spectant. At Episcopus non  
 tam dignitatis quam officii ac ministerii beneficiique nomen est. Quae si uera sunt ut  
 falsa esse nequeunt quae spiritus sanctus prodidit, concidit hic omnis episcoporum Ponti-  
 ficiorum auctoritas, damnati sunt praeterea ambitus quotquot ex doctis hodie quoque  
 15 non uocati ob honores et opes assequendas huic sancto se dei ministerio ingerunt. Nec  
 est quod illi nobis quoque functionis precium et honestatem obiciant, curent illi potius  
 ut iusta uia in hoc ministerium uocentur et ingrediantur, ut interim sancti sint, ut uni  
 Deo et uerae pietati consecreti, inque lege domini exercitati uocationem iustam

---

*mg* Contra ambitum. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

praestolentur, utque uocati iam sanctos et Deo dignos agere possint episcopos. Haec qui  
 20 faciunt studiosi bonum deoque gratissimum opus faciunt. Atque hunc scopum praefixum  
 sibi habebunt quotquot hodie ex ecclesiae aerario ad ministeria ecclesiastica aluntur.  
 De nomenclatura episcopi annotauimus quaedam in 2o. caput Act. aposto. et in alia  
 nonnulla Pauli loca. Sequitur nunc simulachrum ueri episcopi, quod apostolus suis  
 attributis hoc est coloribus egregie pinxit. Im primis iubet episcopum esse *νεπίλντομ*  
 25 irreprehensibilem, hoc est qui tam uitae inculpatae ut nullo iure reprehendi possit.  
 Excipimus enim hic iniurias et calumnias, quibus impii uel optime meritis de pietate  
 et bonis omnibus nunquam non grauauerunt. Apostoli Pauli studium reprehendebatur ab  
 impiis omnibus, interim tamen ipse irreprehensibilis erat apud omnes sanctos, qui  
 rectius iudicabant de uirtutibus et uitis. Excipimus praeterea uitia atque peccata. Nam  
 30 nemo alius uiuit qui non aberret et peccet. Christum solum nemo peccati arguere poterat.  
 De sceleribus et impudentiore conuersatione intelligo hunc Pauli locum, ut uidelicet  
 in episcopo exigit summum innocentiae studium, ne quod recte et sancte docet, praua  
 et impura uita destruat. Quis enim patientibus auribus audiatur impurum aliquem de  
 sanctimonia interna et externa sancte licet disputantem? Proinde apostolus im

---

*mg* Irreprehe sibilis. |

## AD TIM. CAP. III.

[ p.124 ]

35 primis et in genere flagitat ut qui caeteris destinati sunt censores morum et magistri  
innocentiae, accusato res scelerum et omnis iniquitatis extirpatores, caeant sibi quam  
diligentissime ne in ipsis haereat tenatius quod aliis uolunt ademptum. Iam uero per partes  
et ueluti species subiectas exponit quomodo fiant irreprehensibiles episcopi, si uidelicet  
40 sint unius uxoris mariti. Quo membro commendatur pudicitia et castitas coniugalis,  
damnatur impudicitia, scortatio, adulterium et impuritas carnis. Quibus si episcopi  
polluti ac contaminati sint, sordebit plebi uniuersa ipsorum institutio, aperieturque  
tum fornicationi tum adulterio porta patentissima. Nam qua fronte qua autoritate quo  
denique affectu scortationem damnabit aut adulteros accusabit qui omnium maximus et  
scortator et adulter est? Caeterum si quis pudice uiuit coelibemque uitam agit non cogit  
45 ulla dei lege connubio se irretire. Bonum enim est mulierem non tangere praecipue ob  
incommoditates uarias quae uerbi ministerum perse quotionis procella ingruente quatiant  
atque obturbant. Verum si ea gratia homini data non est sine uxore commode possit  
uiuere, melius est contrahere matrimonium quam uri. Neque uero sacrosanctum ministeri  
um polluit coniugium sanctum. Nam apostolus, Honorabile est, inquit, connubium apud  
50 omnes et cubile impollutum. Non itaque sanctum domini institutum polluit sanctum dei

---

*mg* Vnius uxoris maritus |

## COMMENT. IN I. EPIST.

ministerium. Quo circa mirari non possum qua fiducia exposuerint quidam hunc Pauli  
locum non de coniugio episcoporum, sed de ecclesia potius et sacerdotio, quod uidelicet  
Paulus nolit episcopo uni plures committi ecclesias. Quorsum enim (ut multa alia  
transeam) referent quod sequitur, Qui suae domui bene praesit, liberos habeat subiectos  
55 et per omnia reuerentes? Si uero et haec exponant de membris ecclesiae, hoc est fidelibus,  
reuerentur per ea quae sequuntur protinus, Si quis propriae domui praeesse non nouit,  
quomodo ecclesiam dei curabit? Hic enim nota manifestissima ostendit se loqui de  
familia et uxore non spirituali sed carnali sanctaque. Iam quod obiiciunt apostolos  
quidem habuisse uxores, sed non circumduxisse secum in ministerio, confutatur ex hoc  
60 loco, qui palam quid fieri debeat praescribit, non quid gestum sit exponit. Episcopus  
uerbi dei minister est. At hunc oportet unius uxoris maritum esse, eo scilicet quia  
episcopus est, sanctumque connubium aliis commendare et a fornicatione absterre  
debet. Deinde clarissimis uerbis ipse apostolus in epistola ad Corinth. 9. cap. An non  
habemus, ait, potestatem sororem mulierem circumducendi quemadmodum et caeteri  
65 apostoli et fratres domini et Cephas? Hunc in modum conuicti comminiscuntur aliud,  
quibus contendere quam ueritati obsequi iucundius est, primum enim matrimonium  
admittunt,

## AD TIM. CAP. III.

[ p.125 ]

repetitum damnant uel improbant: hinc a Paulo diserte Vnius uxoris maritum, unius  
 inquam dictum putant. Quasi uero secundae nuptiae primis sint pollutiores, et Paulus  
 70 uerum non dixerit cum in Corinthiis inconiugatis et uiduis praescripsit bonum esse  
 si sic manserint, caeterum si se non contineant contrahant matrimonium. Vnius ergo  
 dixit ut excluderet uxorum gregem et concubinarum turbam, sanctum uero et iustum  
 matrimonium stabiliret, quod non inter plures sed duos tantum confit. Id quod et dominus  
 apud Matthaum docuit in cap.29. Verum plura de sacerdotum connubio annotauimus  
 75 alibi. Sane planum est non modo ex monumentis ueterum sed neotericorum quoquam  
 omnes Galliarum et Germaniae episcopos sero tandem professionem coelibatus recepisse  
 fecisseque. Ab antiquo enim uxores habuisse longe certissimum est. Id quod et  
 Lambertus Schaffnaburgensis historicus in rebus Germanicis luculenter exponit eo  
 praecipue in loco ubi gesta praeclara anni 1074. describit. Miratum erat in episcopis  
 80 eius temporis constantia. Confidenter enim et negligebant et damnabant sanctiones et  
 decreta Romani praesulis uxoresque secundum uerbum domini retinebant.  $\nu\phi\acute{\alpha}\lambda\iota\omicron\mu$   
 uigilantem retulere alii ad animum. Theophylactus enim, Sobrium ait esse oportet  
 episcopum, hoc est perspicacem et meditandum nullis huius saeculi curis uel moerore

---

*mg* Vigilantem |

## COMMENT. IN I. EPIST.

offusum. Ego uero de tota pastoralis cura expono. Speculator enim et uigilans est episcopus  
 85 qui quoquo uersus oculos uigiles circumagendo hostes tum domesticos tum externos  
 obseruare cauereque debet ne irruptione facta periclitetur gregis dominicae salus et  
 pietas. Huc pertinet Ezech.ca.3. et 33.item Acto.2o.  $\sigma\acute{\omega}\phi\rho\nu\alpha$ , sobrium. Id uero ad  
 animum refero episcopi, cuius proprium est sapere et matura prudentia rebus consule re  
 quibuslibet. Et dominus in euangelio prudentiam et fidelitatem requirit a dispensatore  
 90 mysteriorum dei. Mens uero praua et prauis imbuta opinionibus recte putatur esse  
 ebria, cui opponitur sobrietas.  $\kappa\sigma\mu\omicron\mu$  modestum siue ornatum hoc est compositum et  
 bene moratum, id quod ad totum corporis habitum et cultum refertur. Plurimum enim  
 momenti ista in uita hominis habent. Vestis igitur ne sit inculta, rursus ne sit sumptu  
 osa laboriosaue. Nam ut hoc luxum habet, sic illud nescio quid hypocriticum respicit.  
 95 Quidam existimant se pietatem Christianam non posse nisi militari ueste uel rusticana et  
 prorsus sordida exprimere, horum studium unice huc spectat ut ueste maxime prophana  
 utantur. Sunt alii qui in nouo quoque priuato et maxime hypocritico uestiendi genere  
 bonam pietatis partem existimant sitam, his sordent uulgares sed honestae uestes. At  
 prudens episcopus honestissimos quosque in plebe uestium genere forma et usu imitatur,  
 100 ita hanc rem temperans ut nihil in ipso

---

*mg* Sobrium. | *mg* Modestum |

## AD TIM. CAP. III.

[ p.126 ]

haereat incultum nihil hypocriticum, nihil item nouum prophanum aut luxuriosum. Hic enim eius quod ubique locum habet meminisse oportet modum esse in re qualibet seruandum. Et episcopi praecipua functio est luxum et hypocrisim damnare omnem. Frugalitas enim et parsimonia uectigal omnium maximum est: sumptus uero immodicus  
 105 uel uestibus uel uictui impensus ecclesiam et pol luit et malis artibus opplet. Curabit ergo episcopus cum doctrina tum exemplout totus populus honestis frugali bus atque decoris utatur uestibus. Mores episcopi sint candidi, graues, puri, alieni ut a leuitate uanitateque mumdana, ita a stoicismo et tetrica pharisaeorum specie. Bre uiter in omni  
 110 uitae consuetudine in quam sermones et colloqa maxime putamus pertinere, prae se feret episcopus grauitatem iustam et suauem, ut sit alienus ab omni leuitate morumque ineptia quae minuunt doctoris et auctoritatem et reuerentiam. Proinde ut tetricos quosdam et misanthropos pastores probare non pos sumus, ita episcopos faciles omniumque horum bellos homunculos, leues atque nimium ciuiles facetosque non damnare non possumus. Modestiam approbamus. σιλόξενομ hospitem, et qui amet peregrinos, liberalis et  
 115 humanus sit. De hospitalitate disputauit Cicero quoque in Offi. In religione nostra inter primas nu meratur uirtutes. Habet et suam promissionem, habet exem pla uaria in Abraham praecipue, Loth, in Sunamitide,

---

*mg* Hospitem |

## COMMENT. IN I. EPIST.

in Martha, in Philippo. Acto.21.et Publio Acto.2s. Maiores nostri episcopis amplissimas  
 120 opes in hoc donarunt ut hospitalitatem exercerent liberaliter, cae terum iniuria temporum et auaritia impiorum episcoporum factum est, ut non modo nulla amplius exercea tur ab illis hospitalitas, uerum etiam illis opibus nunc non ut episcopi et dispensatores praesideant sed ut principes imperitent iisque ad luxum et tyrannidem pro animi uoto in detrimentum ecclesiae maximum abutantur. διδ ακτικδμ, id est docibilem, id quod  
 125 actiue intelligendum est, nempe qui docere possit. Haec prima et potissima est episcopi functio. Qualis uero esse debeat doctrina et alibi et in primo huius epistolae cap. ostendimus, hic de facultate et modo docendi loquitur. Inuenias qui non nesciant quid sit docendum, sed docere interim nesciant. Oportet ergo episcopum non tam doctum esse quam docibilem, hoc est appositum ad docendum, qui uidelicet sciat quid qui bus quatenus et quomodo docenda sint quaelibet. Eant ergo nunc amusi bardi stupidique  
 130 aphronii et dam nent dicendi artem sine qua nemo apposite docebit, ni si cui natura et deus ipse sarsit quod arte diminutum est. Contemptis ergo illiteratorum nugis et querelis qui consultum uolunt ecclesiis fideliter instituant iuuentutem ecclesiasticam in oratoriis praeceptis hoc est in recta dicendi arte. Agnoscimus enim et hanc

---

*mg* Aptum ad docendum. |

## AD TIM. CAP. III.

[ p.127 ]

non sine munere et afflatu dei ad nos esse delatam, ut prorsus nullum apud nos locum  
 135 habeant clamores istorum de philosophia et gentilium literis contemnendis. Norunt sancti  
 quatenus istis utantur in sacris. Αὐ ῥόρουνop, id quod recte uertit Ambrosius non obno  
 xium uino, Non enim uini usum omnino damnauit, sed abusum ingurgitationem et uini  
 studium assiduum, quo qui exercentur uino mancipati nihil aliud quam desipere possunt.  
 Leuitis praecipiebat dominus abstinerent ab omni potu inebriante cum ingressuri essent  
 140 in sanctum. Voluit autem illos esse sana mente et integris sensibus. Vinum enim  
 dementat et peruertit sensum adeo ut ne membra quidem corporis suum saciant officium.  
 Cauenda tamen imprimis spiritualis ebrietas exaectatio, inuidia, fastus, cupiditas nimia  
 rerum pessimiarum. Et Theophylactus, Non dicit hoc loco, inquit, qui mero madeat, sed  
 contumeliosum et teme rarium. Ego uero Paulum omnino de temulentia et uini abusu  
 145 loquutum existimo. μηὶ πλήκτῆμ non per cussorem, id quod non pertinet ad uiolentiam  
 manuum, sed ad acerbiteratē linguae, ne saeuus et improbus sit obiurgator. Est enim  
 et in obiurgando modus, qui seruatur si obiurgatio sic sit temperata ut reus intelligat  
 peccati sui magnitudinem, et quod paterna obiurgatio ad saluandum non conuiciandum  
 tantum in stituta sit. Quidam plus nimio feroces licentius agunt

mg Non uinolentum. | mg Non percussorem, |

## COMMENT. IN I. EPIST.

omnia, nimiumque frena conuiciatricis linguae laxantes reorum animos tam a se quam a  
 150 uero prorsus alie nant et repellunt, idem illi alios quoque pusilanimitatis atque perfidiae  
 damnant qui non pari improbitate et seuitia utuntur in obiurgando. Caeterum Paulus  
 iubet episcopum μηὶ πλήκτῆσσε. Nam uult eum abhorreere a contentione et saeuitia ne  
 uideatur odio non amore facere quod facit. Interim tamen ad scelera facinerosorum con  
 155 niuere istum nolumus, ita nec crimina extenuare sed intrepide et sancta cum moderatione  
 arguere et obiurgare iubemus. μηὶ ἀκαρομερδῆ non turpis lucri cupidum. Tametsi enim  
 hospitalitas ab episcopo requiratur attamen huius praetextu nullum sectabitur lu  
 crum inhonestum: quod faciunt qui cum pietatis et religionis detrimento munera accipiunt,  
 deinde rebus turpibus in honestis illiberalibus et episcopo indecoris quaerunt uicium.  
 160 Non damnatur omne lucrum sed indecorum modo et iniustum. Plura annotaui de hac  
 re in s.ca.1. epi. Pet.et12 πῖσκ sed aequum id est moderatum pbum humanum man  
 suetum et frugi hominem. Hoc enim superioribus uitiis opē ponit. ἀμὰ ἀχον alienum  
 a pugna id est absque iurgio et litigandi contendendiue ardore. Recte enim dictum est  
 ueritatem nimia contentione amitti. φὶ λάργυρομ abar genti cupiditate alienum, qui  
 165 uidelicet studium omne suum intenderit corradendis pecuniis et congerendis thesauris.  
 Auaritia enim radix est omnium malorum. Nec

mg Non turpis lucri cupidum. | mg Sed aequum | mg Alienuma pugna. | mg Alienum ab auaritia. |

## AD TIM. CAP. III.

[ p.128 ]

170 quisquam Deo et mamonaē inseruire potest. Debet igitur episcopus ab auaritia, muneribus, a quaestu turpi, a lucro inhonesto, et cumulandi industria ac diligentia quam alienissimus esse. Hodie industrii et egregii creduntur episcopi qui auri ac argenti cumulos magnaue pondera posteris ad bella contra Christum instauranda et alenda relinquunt. Tam probe episcopi et proceres ecclesiastici hodie ex sacris instituti suum faciunt officium scilicet.

*qui suae domui bene praesit, qui liberos habeat in subiunctione cum omni reuerentia. Quod si quis propriae domui praeesse non nouit, quomodo ecclesiam dei curabit?*

175 Quemadmodum uero auaritia uitio datur episcopis ita et profusio et rei familiaris neglectus. Auaro non tam deest quod habet quam quod non habet. Pro digo uero non tam prodest quod habet quam quod non habet, utpote cui nihil satis est quicquid; abliguriret omnes omnium facultates si quis modo illos suppeditaret. Vterque in extremis quod dici solet haeret, uterque culpabilis est, qui uero medium tenet is iusta ambulat. Quocirca Paulus designat episcopum qui auarus non sit et tamen suae domui propriae (τοῦ δλου κων καλωσ προίσαμενον) bene praesit, hoc est,

mg Frugi homo sit episcopus. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

180 qui opes et facultates omnes recte et cum iudicio disponet. Nulla enim familia nulla domus sine opum et facultatum usu et dispensatione sustentari administrari ue potest. Id quod propter eos moneo quibus subinde in ore est uerbi ministros leberide nudiores esse debere, atque ideo hunc Pauli locum non de opum iusta et frugali dispensatione, sed de liberis exponunt, ut Paulus per ipsam domum intellexerit liberos, quod quidem  
185 ut non infrequens est ita nemo negare potest ad liberorum educationem alimoniam et curam facultates quoque necessarias esse. Pertinent igitur ad rem domesticam curandam pecunia, commutatio, locatio, contractus, emptio, uenditio, et si quae alia sunt rei familiaris. In his requirit apostolus hominem frugi et sanctum, non prodigum et qui rerum suarum nullum habeat pensum. Et experientia magistra didicimus huiusmodi  
190 decoctores ministerio sancto non semel maculas ignominiae altissimas inussisse. Idcirco Paulus frugi hominem designat. Vnde consequitur quod minime anxia diffidens et peruersa, sed sincera sancta iustaque rei familiaris cura episcopum ornat, neglectus uel auaritia defoedat. Deinde requiritur ut episcopus liberos habeat obedientes et reuerentes, qui pudore ingenuo moribusque compositis pietate singulari educationem patris  
195 sanctam comprobent aliis, iisque exemplum uitae praeferant melioris. Et liberi quidem parentum uia sunt simulachra, in quibus ple

## AD TIM. CAP. III.

[ p.129 ]

rumque parentum genius, disciplina, probitas et diligentia relucet. Haec uero tanti sunt apud apostolum momenti, ut ex his ceu prognosticis indiciisque aestimari ac censi uelit episcopum, subiiciens comparatum quoddam, Quod si quis propriae domui praeesse non nouit, quomodo ecclesiam dei curabit? Oponit enim priuatam domum et dispensationem episcopi deligen di, ecclesiae et ministerio siue gubernationi publicae. Qui, inquit, in curanda re familiari et liberorum educatione egregiam nauarit operam, is specimen de se praebuit fore ut publicam omnium curam gerere gna uiter possit. Caeterum qui iners est in administratione rerum exiguarum is nulla cum laude maiora obibit munia. Quia uero summa quaeque ministeria uanissimis inertibus et helluonibus committuntur hinc sini stre geruntur omnia.

*Non nouitium, ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris. Oportet autem illum et bonum habere testimonium ab extraneis ne in probrum incidat et laqueum calumniatoris.*

veóφurog iuxta etymon est nuper natus aut nuper insitus, diciturque; non tam de iis qui nuper in fidei contubernium asciti Christi nomen profiteri coeperunt

mg Lucae.16. | mg Non nouitium. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

quam de iis qui docti quidem sunt et periti diuinae legis, sed non solide. Solet autem eruditio immatura et inflare et confidentes facere. Addit igitur Paulus cau sam cur nolit nouitium, Ne inflatus et plus nimio sibi placens incidat in maledicorum condemnationem, hoc est, ne illi qui religionem nostram unice ut uellicent obseruant, iustam a nouitio conuitiandi ansam accipiant, meritoque et fastum et inconstantiam eius ac cudent. Nam solent literatores et neophyti procatius erumpere et parum expensa temere proponere, quae demum retractare et nonnunquam plane coguntur recantare, id quod auctoritatem eorum imminuit haud exigue sed et ministerium ipsum nonnihil infame reddit, quocirca apostolus reiicit neophytos, et uel eruditione iusta insignes, uel diutino usu exercitos ecclesiae iubet praeficere. Addit et aliud, Oportet autem illum et bonum habere testimonium ab extraneis. Per extraneos uero intellexit alienos a Christiana religione ethnicos uidelicet. Tanta inquam innocentia conspicuum uult esse episcopum ut ne gentes quidem habeant quod iure obiciant flagitium. Et Aelius Lampridius in uita Alexandri Seueri scribit Christianos si quando sacerdotes ordinare uoluissent prius ipsorum propositis nomina palam, hortatosque populum si quis quid haberet criminis probaret manifestis rebus. Qui mos ex hoc nimirum praecepto Pauli inoleuit et ad id

## AD TIM. CAP. III.

[ p.130 ]

225 utilis fuit quod ethnici de pietate Christianorum non male sentientes ab impietate sua  
facilius descuerunt. Hodie uera religio ob improbitatem quorundam ministrorum non  
bene audit. Et haec quidem de ministro rum uita et moribus dilucide et breuiter disputauit  
apostolus. Ad hanc tractationem pertinent quae sequuntur.

*Ministros itidem compositos, non bilingues, non multo uino deditos, non turpiter lucri  
uidos, tenentes mysterium fidei cum pura conscientia. Atque hi probentur prius, deinde  
ministrent sic ut nemo possit illos criminari.*

230 Diaconi, quod et Ambrosius sentit, sunt episcopo rum ministri et ueluti membra adeoque  
et seges episcoporum. Hi sane duplicis generis et functionis inue niuntur in sacris. Alii  
enim aerario praefecti ecclesiasti co pauperum curam gerunt, ut uidere est in Actis ca.  
σ. de quibus et hic locus per omnia exponi potest. Alii uero literis honestis disciplinis  
et scripturae saerae inuigilant adeoque in rebus exercentur sacris assidue ut aliquando  
muniis praefecti ecclesiasticis ecclesiae dei quamplurimum prosint. Ex his enim deligun

mg Diaconi literis manci pati iuuenes. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

235 tur episcopi siue sacerdotes ecclesiarum ministri. Receptum fuit et prophetarum tempo  
ribus adulescentes ad ministeria alere sacra. Nota est historia de Samuele. Traduntur  
item fuisse scholae cum in Iericho cui praeerat Heliseus, tum in Ramoth Galaad. Harum  
alumni et Nazarei et prophetarum filii appellabantur. Occurrunt ubique in prophetis  
istarum rerum egregia specimina. Et sane religioni et pietatis studio sine disciplina et  
240 scholis huiusmodi non bene con sulitur. Coeperunt ergo ab ipsis protinus incunabu  
lis Christianae fidei, magistris et authoribus apostolis, ali ingenia egregia educarique  
homines de quibus spes erat fore ut aliquando doctrina et uita ecclesiam a ma ioribus  
plantatam iusta cura et agricolatione proue herent ad maturam frugem. Talibus ergo  
nunc praescribit leges, uidelicet ut imprimis sint compositi, quod ad morum candorem  
245 pertinet, ad pudorem liberalem et ingenuum, ad grauitatem et reuerentiam, ut scili cet  
toto uitae habitu disciplinam quandam prae se ferant Christianam. Deinde praecipit  
ne sint bilingues, hoc est inconstantes, uani, futiles, leues et mendaces, adultores et  
palpones. Notati sunt hi et a ueteribus elegantissimis prouerbiis, cuius generis sunt,  
Aliud stans aliud sedens loquitur, Duos parietes de eadem dealbat fidelia, Ex eodem ore  
250 calidum et frigidum es flat. Foedum sane hoc uitium est cum in omnibus tum

mg Non bilin. gues. |

## AD TIM. CAP. III.

[ p.131 ]

in ministris uerbi praecipue, aut iis quoquam qui uerbi ministerio destinantur. Horum enim ora et linguae spiritussancti hoc est constantiae ueritatis iustitiae et puritatis organa sunt. Quod uero paulo ante breuius et ideo obscurius posuit μητράρονομ non uinolentum, id nunc pluribus et explicatius exponit. μητράρονομ πολλὰ τροσέχουτας non multo uino addictos. Non enim uini usu interdicit in uniuersum sed abusu et stu-  
 255 nimio cui raro abest ebrietas. At hanc celeberrimi e nostris authoribus uoluntariam esse insaniam dixere, quae si in plures paulo extendatur dies habitus is etiam manifestarius euadat furor. Celebre est et illud ignem gestare in sinu, qui assiduo utatur uiuo. Et Solon unus e septem morte principem esse mulctandum lege sanxit si deprehenderetur  
 260 ebrius. Pittacus quoque ebrios si peccassent duplici dignos incommodo statuit. Sed et dominus ipse magna cum indignatione contra Israelitas Amos, cap. Suscitauit, ait, de filiis uestris prophetas, et de iuuenibus uestris Nazareos. An non ita se habet res? Vos autem fecistis Nazareos bibere uinum. Accusat autem Israëliitarum luxum et quod iuuentum ad prophetiam delectam educatione molli corrumperent. Omnium itaque  
 265 episcoporum erit diligenter curare quo adolescentia Christiana et sacro ministerio dicata sancte et in literis puris et in moribus integris insituatur synceris, ut tempestiue et ab

mg Non multo uino deditos. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

ipsis incunabulis bona amare et mala fugere ac a ueritate assuescat. Sequitur enim quod huc pertinere uidetur, Tenentes mysterium fidei cum pura conscientia. Neque enim satis est si sint compositi, si in omni eruditione et doctrina praeclari, nisi et fidei mysterium  
 270 teneant, hoc est pii sint et totam religionis rationem probe teneant, adeoque et ex animo credant alieni ab omni furore et hypocrisi. Nam in hunc finem conscientiam puram discrete expressit. Inuenies enim studiosos quidam literarum sed parum pios, Inuenias et pie in sacris eruditos qui suauiter de religione philosophentur, sed non ex conscientia pura uerum ex hypocrisi. Addit igitur et aliud, Atque hi probentur prius, deinde uero ministrent  
 275 atque ita ut nemo possit illos criminari. Quasi dicat, Cum uero hypocrisis maximum quidem sed occultum malum, non raro corruptissimos ad ministerium subuehat sacrum, hinc nolim protinus committi sacrarum rerum administrationem uel eximiae spei studiosis nisi multo iam tempore exploratis. Ita enim fiet ut nemo possit eximios et probatos criminari temere. Haec si nobis essent sacrosancta proculdubio melius haberent res  
 280 ecclesiasticae et maior uberiorque esset prouentus pietatis.

*Vxores similiter modestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus*

## AD TIM. CAP. III.

[ p.132 ]

Multum refert quam quisque nactus sit uxorem. Nam in uniuersa uiri uita haec momentum non leue habet. Periclitatur enim ex illius improbitate ipsa uiri existimatio et gloria,

eadem augetur ex studiis et moribus eius sanctis. Vnde Sapiens Hebraeus, Mulier  
 sedula, ait, corona est mariti sui, sed quasi putredo in ossibus eius est mulier turpis.  
 285 Mulier sapiens aedificat domum, stulta uero subuertit eandem. Item, Mulier bona pars  
 bona, oblectat uirum suum et annos uitae illius in pace implebit, Gratia super gratiam  
 mulier sancta et pudorata. Nobilis in portis uir eius quando sederit cum senatoribus terrae.  
 Disciplina illius datum dei est. Sicut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic et mulieris  
 bonae species in ornamentum domus eius. Proinde apostolus iubet et episcoporum  
 290 et diaconorum uxores esse σεμνας compositas modestas, non leues aut ineptas, sed  
 matronali pudore graues. Deinde ἀηθροὺς non calumniosas, quod plerumque  
 adhaerescit mulierculis. Dum enim curiosae per alienas perreptant aedes, dum negotiosae  
 et garrulae alienis se immiscent causis, nascitur obrectandi susurrandi calumniandique  
 negotium. Ab iis uitis abesse uult uxores ministrorum ueritatis concordiae et pacis.  
 295 Et silentium praecipuum est omnium mulierum ornamentum. ὑπό και Χίουε id est  
 uigilantes, quod tam ad sobrietatem animi temperantiamque quam ad diligentiam et pru-

mg Uxores ministrorum uerbi quales esse debeant. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

dentiam, hoc est solertem rei familiaris administrationem referri potest, quemadmodum  
 et sequens portio τρεῖς μπισ fidas in omnibus pertinet, et ad si dem coniugalem et  
 ad fidelem facultatum dispensationem, uidelicet ne sint adulterae, impurae, futiles, fura  
 300 ces et inconstantes. Quemadmodum enim episcopi uita uitaeque totius habitus aliorum  
 institutio, sic mulierum omnium exemplar et pudicae probaeque uitae typus esse debet  
 purior uxoris episcopi conuersatio.

*Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis recte praesint et propriis familiis. Nam qui  
 bene ministrauerint gradum sibi bonum acquirunt et multam libertatem in fide quae est  
 in Christo lesu.*

Ne diaconorum periclitaretur pudicitia et uel adulterio uel scortatione polluerentur atque  
 ita maculam sibi opprobriumque asciscerent perpetuum, permittit ipsis connubium. Nam  
 305 melius est matrimonium contrahere quam uri. Et quod hac in re praescripsit episcopis  
 ut unius uxoris mariti sint, ut liberis et familiae bene praesint, idem praecipit et diaconis.  
 Addit hoc loco spem et egregiam pollicitationem, qua admoueret calcar currentibus,  
 hoc est excitaret diligentiam ultro

## AD TIM. CAP. III.

neam. Sensus enim est, Tametsi functio diaconi paulo inferior sit functione episcopi,  
 310 id tamen neminem reddat ignauium. Spectanda sunt proposita praemia. Quis quis  
 enim in hoc ordine se gesserit gnauiter et integre, non modo gradum sibi sternit ad  
 munera excellentiora, uerum etiam aucionem accipiet a deo spiritus sancti, ὠλοίμ  
 inquam παρρησίαν multam libertatem in fide, id est fidei religionis sapientiaeque coe-

[ p.133 ]

lestis apertam liberalemque cognitionem. Duo itaque sunt quae sirenue suum officium  
 315 facientibus pollicetur apostolus: prius prope terrestre est, fore scilicet ut excellentiori  
 praeficiatur officio: posterius plane spiri tuale et coeleste est, fore ut fidei et cognitionis  
 auge atur donum. Recte enim uereque Paraphrastes, ut in re publica prophana inquit  
 uocatur ad praeturam qui in aedilitate strenue se gesserit, rursus a praetura ad tribu  
 320 natum aut consulatum qui illic quoq uicerit seipsum, ita diaconi functio declarat qui sit  
 sacerdotis aut apo stoli loco dignus. Et in euangelio disertis uerbis de dono rum auctione  
 loquens dominus id proposuit paradoxon, Omni habenti dabitur et abundabit, qui uero  
 non habet etiam id quod habet auferetur ab eo. Matthaei2s. Neque uero nouum est quod  
 egregia inges nia spebus et pollicitationibus ducuntur incitantur atque capiuntur. Debetur  
 sane uirtuti suum praemium et honor iustus. Proinde praeter ius et phas spe sus

## COMMENT. IN I. EPIST.

325 frustrantur aliquoties uiri aut adolescentes industrii, qui cum singulari diligentia et erudi  
 tione egregiam spem de se praebuere amplioribus praemiis ad maiora erant prouehendi,  
 nunc uero negliguntur aliquoties prouehunturque ad honores qui non tam indocti quam  
 indigni sunt, quo demum fit ut et illi animum despon deant et asini, quod dici solet,  
 portent mysteria.

*Haec tibi scribo sperans fore ut ueniam ad te cito, quod si tardius uenero ut noris  
 quomodo oporteat in domo dei uersari quae est ecclesia dei uiuentis columna et basis  
 ueritatis.*

330 Institutum et usum praecedentium ostendit praesentibus, ex quibus facile intelligimus  
 Paulum hisce capitibus tribus totius ecclesiasticae oeconomiae summam adumbrasse: ut  
 uani et ingrati sint spirituisancto quicumque formulam oeconomiae petunt aliam. Iam ut  
 diligentiam et studium Timothei excitaret magnifice splendideque de coetu sanctorum  
 loquitur, quemadmodum et in Actis cap.2o. dicens, Attendite uobis et cuncto gregi in  
 335 quo uos spiritussanctus posuit episcopos ad regendum ecclesiam dei quam acquisiuit  
 sanguine suo. Ita enim et in praesentiarum coetum il

## AD TIM. CAP. III.

Tum fidelium appellat domum dei uiuentis, alludens quidem ad Hierosolymitanum  
 templum, sed ipsam interim ueritatem praedicans et typis praeferens. Inhabitat enim  
 340 deus uiuitque non in templis saxeis sed in cordibus fidelium, in quibus et uires suas  
 exerit et totus regnat in ipsis. Nam qui sese Christo per fidem consecrarunt, non iam  
 ipsi uiuunt, sed uiuit in ipsis Christus. Huiusmodi uero ecclesia est *σύλος καὶ ἐδραίο  
 αα, τῆς ληθείας* hoc est columna et firmamentum siue basis ueritatis. In coetu enim  
 sanctorum praedicatur illud magnum pietatis mysterium, huic item innititur ecclesia,  
 345 in hoc seruatur, in eodem perstat et perseuerat ueluti ahaeneus murus contra omnes  
 diaboli mundique insultationes. Vnde in euangelio dixit dominus Petro confitenti, Tu es  
 Christus filius ille dei uiuentis, Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam  
 meam, et portae inferorum non praeualebunt aduersus eam. Abusi sunt hisce locis

[ p.134 ]

350 pontificii. Cum enim mendacia sua impias item et tyrannicas leges auaritiam quoque et  
 quaestum suum scripturis defendere non potuerunt, confugerunt ad ecclesiae patrocini  
 um, colligentes ecclesiam esse fundamentum ueritatis, iccirco et leges ab ipsis latas esse  
 ueritati consentaneas, cum ecclesiae sint praesides adeoque ipsa ecclesia. Caeterum  
 fallatia in hoc est quod uariant in nomine ecclesiae. Paulus eam ecclesiam uocat ueritatis  
 co

mg Ecclesia domus dei est. | mg Ecclesia est columna ueritatis. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

355 lumnam quae Christo nititur, solius pastoris uocem audit, nec ipsa sibi uiuit, sed Christo  
 qui et regnat totus in ipsa. Isti uero sibi adhuc uiuentes et suam gloriam et utilitatem  
 quaerentes pastoris uocem non modo non agnoscunt, sed et legibus latis testantur se  
 Christi aduersarios esse, interim audent sanctae praetextu ecclesiae suas traditiones  
 ineptissimas uenditare pro sacrosanctis. Huc scilicet impudentiae uenit hominum auda  
 cia. Ecclesia quae Christo petrae nititur, Christi spiritus alitur, Christo item capite regitur,  
 360 Christi uerbo ducitur, quae in hoc uiuit et ipse in ea, ipsa sane columna et basis ueritatis  
 est. Veritati enim Christo nititur uincitque in eueritute et gratia Christi. Hic enim toti  
 corpori et membris singulis salutem dat, quemadmodum dum expositum est in 4. et 5. cap.  
 episto. ad Ephe. Porro qui hac exciderunt gratia, qui non ducuntur uerbo Christi, aut  
 qui non ad hunc quem diximus modum reguntur spiritu et fide Christi, hoc est in quibus  
 365 neque Christus uiuit neque ipsi in eo, non est quod in negotiis suis ecclesiae quaerant  
 patrocini.

*Et citra controuersiam magnum est pietatis mysterium, Deus manifestatus est in carne,  
 iustificatus est in spiritu, uisus est angelis, praedi*

## AD TIM.

*catus est gentibus, fides illi habita est in mundo, receptus est in gloria.*

[ p.135 ]

Dixerat ecclesiam esse basim ueritatis, id uero nunc explicans quae nam illa sit ueritas  
 cui innitatur ecclesia et quam certa quantaeue sit autoritas exponit, idque exordio  
 praemisso commendat dicens, *καὶ μὴ λογιζόμενος* id est et confesse, et citra con  
 370 trouersiam, siue ut Ambrosius uertit, Et quidem omnium confessione magnum est  
 illud pietatis Christianae mysterium, summarium uidelicet religionis nostrae. Hic addit  
 quod sensum absoluat, Vt ecclesiam hoc tenentem mysterium non temere uocauerim  
 columnam et fundamentum ueritatis. Iam sequitur breuis huius mysterii expositio, Deus  
 manifestatus est in carne, quod quid aliud est quam quod Ioannes quoque scripsit, Et  
 375 uerbum caro factum est? Pertinent huc quaecunque in sacris traduntur de diuinitate  
 Christi et incarnatione eius, deque causis et efficacis eius. In hoc filius nostram induit  
 carnem peccati, ut per peccatum damnaret peccatum credentesque efficeret aeternae  
 uitae haeredes, haec uidelicet ecclesiae sanctae basis est, et haec prima et certa ueritas

est quod deus in Christo manifestauit se hominibus, hoc est per incarnationem euidenter  
 380 apperuit to ti mundo quali sit in genus humanum praeditus ani

mg Summa ue ritatis. primae, |

## COMMENT. IN I. EPIST.

mo, optimo clementissimo saluifico. Proinde relucet in Christo ipsissima dei imago,  
 adeo ut patrem uiderit ipsum qui uidit filium, Ioan.14. Sequitur, Iustificatus in spiritu,  
 quod loquutionis genus idioma resipit Hebraicum. Hoc enim significat, Per spiritum  
 declaratus est deus et is esse qui a patre nobis datus sit, iustitia, sanctificatio, redemptio  
 385 et salus uera, iustificans omnes qui p eundem spiritum ipsi fidunt soli relictis omnibus  
 spebus mediis et elementis uisibilibus externisue. Huc iam pertinent sequentia scripturae  
 testimonia, Ro.1. Qui declaratus fuit filius dei per potentiam et spiritum sanctificationis.  
 Item Ioan.1. Vidi spiritum, inquit Baptista, descendentem specie columbae de coelo et  
 mansit super eum, et ego non noueram eum, sed qui misit me ut baptizarem aqua is dixit  
 390 mihi, Super quem uideris spiritum descendentem ac manentem super eum, hic est qui  
 baptizat spiritu sancto. Et ego uidi et testatus sum hunc esse filium dei. Huc pertinet  
 postrema pars 3. capitis ad Rom. Praeterea testatur spiritus omnium sanctorum Iesum  
 esse Christum et filium dei, agnum inquam illum dei qui tollit peccatum mundi. Inuit  
 item hic Paulus locum uerum dei cultum ueram iustitiam non in rebus externis et carnalibus,  
 395 sed in spiritu et fide consistere. In his ergo duobus membris quod deus manifestatus est  
 in carne, quod iustificatus in spiritu, continetur totum pietatis Christianae mysterium,  
 in iisdem

## AD TIM. CAP. III.

non minus atque in sequentibus explicatur quam magnum hoc est celebre et augustum  
 quam denique certum et indubitatum sit istud mysterium, quod uidelicet ab ipso patre  
 400 aeterno per filium unigenitum per agitur, quodque omni modo spiritus sancti testimonio  
 comprobatur. Quo illud quoque referendum est quod uisus est angelis dominus noster.  
 Nam et ipsa Christi domini incarnatio, natiuitas, tentatio, passio, resurrectio et ascensio  
 ad coelos non sine angelorum ministerio, hoc est praesentia et testimonio peracta  
 est. Vbiq enim creatori suo inseruiunt spiritus coelestes, ubique apud probant nobis  
 405 mysteria sacra, iustificationem et salutem per Christum partam. Huc pertinet apostolorum  
 testimonium et quod in hoc totus mundus conspirauit. Hoc enim Paulus significauit  
 dicens, Praedicatus est gentibus, fides illi habita est in mundo. Postremo uero receptus  
 est in gloria. Deuictis enim triumphatisque daemone inferis et peccatis consideret nunc  
 a dexteram patris, regnatque in orbe toto. Quae quidem omnia, aeternum uidelicet  
 410 consilium, potentia dei, testimonium spiritus, angelorum item et sanctorum omni um  
 apostolorum praecipue praedicatio, denique et consensus orbis publicus et uis Christi  
 regnantis e coelo potentissima, declarant quantum sit pietatis mysterium, quam certum  
 et indubitatum, quam denique columnae firmae et fundamento ueritatis solido innita

[ p.136 ]

mg Celebritas et certitudo euangelicae praedicationis. | mg Lucae.1.2 Matt.4.26 Lucae.24. Acto.1. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

415 tur sancta dei ecclesia, ut uideas nunc ad expositionem superiorum haec esse adiecta.  
Cedant his quaecunque dicuntur ab hominibus ad auctoritatem parandam nuper inuentis  
religionibus, ecclesiastica pietas uera deum et infallibilis pietas est. Huius generis  
et alia quaedam leguntur apud Augustinum contra Manicheum de utilitate credendi ad  
Honoratum cap.17. Haec uero a Paulo prolata sunt hoc consilio, ut Timothei industri-  
am et excitaret et animum eius confirmaret. Et sane non potest animus non confirmari in  
420 fide cum audit tantum esse pietatis mysterium, nemo non cupit inseri ecclesiae quam  
audit columnam et basim ueritatis esse.

## DE DOCTRINIS DAEMONIORVM.

Episcopus uerus non tantum quid uerum sit sed quid falsum quoque in re qualibet scire  
debet. Hinc uero Paulus subiungit quaedam de doctrinis peruersis, hae ipsa tractatione  
ad uigiliam et diligentem industriam excitans episcopos. Nam qui periculum sibi certo  
425 imminere norunt accuratius aduigilant.

## CAP.III.

*Spiritus autem certo loquitur quod in posterioribus temporibus desciscunt quidam a fide,  
attendentes spiritibus impostoribus ac doctrinis daemoniorum, per simu-*

## AD TIM. CAP. III.

*lationem falsiloquorum cauterio notatam habentium conscientiam,*

[ p.137 ]

In genere dicit uenturos prophetas falsos. Quo plus autem fidei haberet prophetia, Non  
meum hic, inquit, somnium referam sed quod spiritus ille dei cuius oculis patent omnia  
πκτς discrete praescripteque suggerit, nempe quod temporibus sequentibus apostolorum  
uidelicet saeculum et ad iudicii usque diem procurrentibus uenturi sint pseudoprophetae.  
5 Atque hos iam suis coloribus distinguit. Primo ἀπορήσουται, id est deficient a fide, a  
uera inquam religione et doctrina apostolorum, non seruantes puritatem et simplicitatem  
pietatis uerae, sed attendentes spiritibus impostoribus, hoc est doctrinis daemoniorum.  
Monuimus enim in 2. cap.2. ad Thess. epistolae omnino dignos esse ut spiritu seducantur  
diabolico qui spiritum Christi doctorem audire noluerunt. Hi deinde malo spiritu imbuti  
10 doctores in hypocrisi loquentur docebuntque mendaciam hoc est a scripturis aliena,  
quae uidelicet inspirauit impostor sathanas. Illi denique ipsi, quod tertio subiungitur  
loco, apud simplices se uenditabunt persona sanctimoniae, cum apud deum habeant  
conscientiam insynceram et compunctam. Id quod metaphora cauterii a corpore ad  
animum deflexa adumbrat. Cauterium enim auctore Coelio lecto, antiq. lib.5. cap.31.

---

*mg* Descriptio pseudoprophetarum. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

- 15 instrumentum est quo putridae carnes aduruntur et ulcera. Inde (addit idem) cauteriata conscientia apostolo Paulo ueluti cauterio siue cautare ambusta dicitur. In quam sententiam propemodum et S. Ambronsius hunc locum exponens, Illorum, inquit, cauteria tam dicit conscientiam hoc est simulatione corruptam, quia sicut cauterium corium corrumpit et notam infigit, ita et fallatia conscientiam quae dolo maleuolentiae aliud scit  
20 et aliud profitetur, denotat ad perditio nem. Haec Ambro. Iam et malefici candenti ferro hoc est cauterio notantur apud nos stigmatis impressis cuti. Significauit ergo apostolus falsos illos doctores animum habituros sceleris conscientia et ardore ambustum, qui conquiescere nesciat et perpetuis sese excruciet tormentis, ut ut foris sancte et hylariter componant et faciem et totum corporis habitum.

*prohibentium contrahere matrimonium, iubentium abstinere a cibis quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarumactione fidelibus, et his qui cognouerunt ueritatem quod quicquid creauit Deus bonum sit et nihil reiiciendum si cum gratiarumactione sumatur.*

## AD TIM. CAP. III.

*Sanctificatur enim per sermonem Dei ac precationem.*

[ p.138 ]

- 25 Iam speciatim subiungit quaedam dogmata ex quibus quae iam proposuit manifesta fiant et reliquae ipso doctrinae aestimentur. Bina autem exempla proponit, alterum quidem quod coniugio et alterum quod cibis interdicturi sint. De utroque quid sentiat ueritas nemo nescit. De coniugio pronunciat scriptura Honorabile esse connubium apud omnes et cubile impollutum. De cibo eadem censet Puris omnia esse pura, neque id  
30 quod in os ingreditur polluere hominem, sed quod ex corde egreditur. In qua simplicitate ut uera fides per stat ita hypocrisis rimas quaerit per quas elabatur. Ac cedit hic spiritus impostor, et quoniam is bona specie imposuit primis parentibus, ideo nunc quoque suggerit egregium esse si quis tam a mulieribus quam a carnibus et uino abstineat, inde enim enasci in mundo gloriam et laudem maximam. Hanc qui spectant a fide deficientes  
35 spiritibus impostoribus et daemoniorum doctrinis attendunt, labunturque in hypocrisim et mendacium. Tametsi enim abstineant tam a mulierum complexu quam a carniuum esu, animus tamen insyncerus est. Nam multarum sibi consciis sordium conscientiam habent inuisione uitae impurius ineluibili compunctissimam. Foris quidem non uescuntur carni

---

*mg* Dogmata pseudoprophetarum. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

40 bus, intus uero ardent ira, inuidia, aemulatione et contentione. Abstinent hi ab uxoribus, sed animus interim aestuat foedis cupiditatibus. Deus autem externa specie hoc est hypocrisi non placatur, animum poscit sibi purgatum uitii offerri. Sathan ergo ut a uero abducat et erroribus implicet nouas huiusmodi doctrinas inspirat. Exposuerunt hunc locum alii de Marcellis et Tatianis quos et Encratitas appellant. De his enim Augustinus ad Quodvultdeum de haeresibus scribit quod damnarint nuptias atque has omnino pares fecerint fornicationibus, quodque nullas ederint carnes imo usum eorum damnarint prorsus. Ego uero uideo Pauli uerba non de una aliqua gente aut familia haeretica, non de una aetate, sed de omnibus aetatibus et hominibus a fide deficientibus, spiritibus impostoribus attendentibus prohibentibusque nuptias et cibos, esse exponenda. Intelligo ergo apostolum etiam haec de Apostolicis, quos alio nomine Apotactitas appellauit uetustas, quasi quis dicat extraordinarios, loquutum. Hi enim Augustino auctore in communionem suam non recipiebant utentes coniugibus et res proprias possidentes. Interpretor haec et de fide Manichea et Turcis. Praecipue autem expono ea de Pontificis et nostri saeculi religiosi uirisque Essenis siue Monasticis. Manichei enim et Encratitas 55 una cum Apotactitis damnarunt nuptias et ciborum usum ma

---

*mg* Est in uoc hac Catachresis. |

## AD TIM. CAP. III.

gis quam prohibuerunt. Pontificis uero prohibuerunt non damnarunt. Caeterum fides et religio sincera quae iam monuimus tradit liberum esse homini cuilibet ducere uxorem aut nubere uiro, hoc uel illo cibo uesci. At ab ista simplicitate fidei defecerunt nostri specieque delusi sanctimoniae, magnifica suasore sathana et iubente hypocrisi de coelibatu, de uotis, de uirginitate, de ieiuniis, de delectu et abstinentia ciborum tantum 60 non omnem his salutem tribuentes disputarunt, imo et leges promulgarunt, quas uiolare aut refigere uel notare saltem licebat nemini. In ficta autem haec sanctimonia uiuentes ceu sancti ac diuini quidam coelitus delapsi adorabantur a nobis, quod foris omnia ipsorum ad ostentationem essent instructissima et apparerent purissima. Domi interim quales 65 fuerint ipsi melius norunt, et nos non nescimus ipsorum conscientias fuisse adustas et multa immunditia pollutissimas, Nihil hic fingo, nihil ex suspitione effutio, ipsa experientia loquitur quid factum sit et quid etiam hodie fiat. Contemplare enim mihi Essenos nostros hoc est Cartusianos, contemplare omnes in uniuersum monasticos uiros et mulieres, adde his et sacrificos pontificios, et cogere fateri in tanta turba otiosorum 70 hominum non inueniri multos uere continentis. Iam ut maxime inueniatur unus atque alter qui uel ob dei donum rarum, uel ob uires effoetas aut ualetudine fractus uiuat conti

[ p.139 ]

---

*mg* In Monachos et uoc ta monastica. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

75 nentius, uidemus interim superesse multas hypocritarum myriades qui nihil minus sint quam quod audiunt coelibes, monachi, nonnae, spirituales, monastici, puri, sancti. De optimis hic loquor, nihil de impudentibus dico nebulonibus qui palam uel scortantur, perpo tant, alea ludunt, belligerantur, adulteriis polluunt omnia, quorum maior prope-  
 80 modum numerus, uel foediora et abominabiliora designant, indigni enim sunt quorum fiat aliqua mentio honesta apud uiros bonos: de mundioribus hic magisque reuerentibus opti misque dissero quod ne horum quidem conscientiae syn ceras sint. Nam purum esse nequit quod sine fide fit. At hic Defecerunt ait Paulus a fide. Et cum haec mani  
 85 festiora sint quam quae negari possint, inuenias tamen quos non pudeat damnata illa praecepta de ciborum delectu deque coelibatu immundo, deque uotis monasticis angelica nominare praecepta: rectius uero Paulus appellauit sathanica. Scio quam insuauem hic multorum auribus cantilenam canam, sed adulari non didici, ueritatem dissimulare non potui, neque alia hic quam Paulina uerba usurpauit. Proculdubio resipiscent quibus cordi est uera pietas agentque monitori gratias. Intelligent enim me hac in disputatione non damnare uel uirginitatem et castimoniam sanctam uel ieiunia mode rata, castigationem carnis iustam et abstinentiam syn ceram, sed hypocrisis magis et impuram illam tem

## AD TIM. CAP. III.

perantiam. Sed redeo nunc ad Paulum, qui copiosius sed in transcurso demonstrat liberum esse fidelibus quouis cibo quolibet uesci tempore. Deus enim, ait, cibos creauit  
 90 (arguens a prima dei institutione et uoluntate) in usus hominum ut hos scilicet fideles sumant cum gratiarum actione. Ad cuius interpretationem pertinet quod mox sequitur, His inquam qui cognouerunt ueritatem. Hi enim fideles sunt. At ueritas ipsa quae a fidelibus agnoscitur hoc in negotio est, quod quicquid creauit Deus bonum est nec quicquam in cibis abominandum et reiiciendum. Quaecumque enim condidit deus bona  
 95 sunt, Gen.1. Abusus cibos in puros siue malos reddit. Proinde Paulus de sancto eorum usu scribens iubet hos sumere cum gratiarum actione, et sententiam elegantem subiungens dicit, Sanctificatur enim per sermonem dei ac precationem. Vbi non est quod congingas tibi benedictionem quandam anilem conceptis ex uerbo dei sententiis pronuntiatam super cibum, sed Sanctificari purificari est et ab usu separari prophano. Deinde Verbum  
 100 dei institutio dei est illaque sententia qua pronuntiat Puris omnia esse pura, omnia item quae ab ipso condita sunt esse bona inque usum instituta hominum. Per precationem autem intelligit gratiarum actionem et usum fidelem. Ita sententia erit, ipsum enim domini uerbum, ipsa inquam dei concessio et sententia qua pronuntiat om

[ p.140 ]

---

*mg* Libertas et delectus ciborum. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

105 nia esse puris pura, fides item recipientis et gratiarum actio fidelis facit ut nihil impuritatis habeat cibus Christianorum. Atque haec expositio uidetur omnium esse simplicissima

maximeque genuina. Paraphrastes uero ex interpretibus uetustis hanc Pauli sententiam eadem propemodum ratione in haec uerba explanauit, Quod etiam si quid impuritatis haberet cibus, tamen hymnis quibus laudatur diuina largitas sacrisque uerbis ac precationibus, sanctum purumque reddetur quod prius erat immundum. Concidunt ergo hie  
 110 semel quaecunque mercatores Romani praeceperunt de ciborum delectu, de temporum et dierum discrimine. Christiano enim licet quouis tempore quibuslibet uesci cibus. Quatenus uero scandali ratio habenda sit ostensum est in cap.14. ad Roma. Discimus praeterea quanta cum reuerentia ad mensam accedere et ab ea dem debeamus recedere. Conuiuiae domini sumus, dominus pascit nos, in huius oculis uersamur, illius munificentia alimur. Precandum ergo et gratias agendas esse ante et post cibum nemo est  
 115 qui non uideat, sed et ita in mensa ut in oculis dei uersandum. Aberit itaque omnis amaritudo, contumelia, calumnia, rixa, obtretractio, denique luxus et ebrietas obscenitas et intemperantia omnis, nil foedum dictu aut auditu turpe in mensa proponatur sed quod honestum et iucundum sit. Reuerentia hofpitis qui praesens est et

## AD TIM.

120 nos alit perpetuo retineat in officio et disciplina sancta. Haec autem de pseudoepiscopis et peruersa imo daemonica doctrina pauca quidem in loco obiterque inseruit quando de officiis boni pastoris disputauit, re dit nunc ad institutum suum, et pergit iusta episcopi munia informare, praecipue praescribens quanta uigilia et assiduitate episcopus quisque doctrinam inculcet sanam, daemoniacam uero caueat atque impugnet.

[ p.141 ]

*OFFICIA ET INSTITVTIO Episcopi.*

*De his si commonefeceris fratres bonus eris minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus fidei bonaeque doctrinae, quam usque sequutus es. Caeterum prophanas et aniles fabulas reuice, quin potius exerce temetipsum ad pietatem.*

125 τὰ τς, inquit ποτιθέαενθ id est, Haec suggerens atque proponens fratribus. Haec inquam quae de uera doctrina, de ecclesiastico coetu sancto, de moribus episcopi et studiis, de incarnato uerbo et iustificato in spiritu, de pietatis precio et certitudine, deque cauenda daemoniorum doctrina, de sancto item coniu

## COMMENT. IN I. EPIST.

gio et sancto ciborum usu, haec inquam si tradideris bona fide fidelibus bonus eris  
 130 minister Christi. Honesto enim et bono excitat ad uigiliam et fidelem docendi diligentiam. Aequum est, inquit, ut fideliter domino qui te ad hoc ministerium uocauit, seruias. Id feceris autem si ista quae praescripsi proposueris fidelibus. Hodie uero haereseos insimulamur quoties ista ita ut Paulus praecepit tradimus ecclesiis: unde conuicere licet quales habeamus aduersarios, quales item doctrinae nostrae praeceptores. Deinde  
 135 accedit aliud quoquam quod et in officio retineat Timotheum et excitet ad maiora. Ab ipsa adolescentia inquit in fide euangelica bonaque doctrina es ueluti enutritus, sanam quoque doctrinam et fidem ueram es hactenus constanter sequutus, ideoque perges porro summa cum laude quod cepisti absoluere, tui per omnia similis esse, imo temet ipsum in

140 studio isto pulcherrimo superare plurimum. His iam addit praeceptum breuissimum in quo comple ctitur omnia, Ad pietatem temetipsum exerce, prophanas et inanes fabulas reiice. De pietate autem quid sit ne inter Gentes quidem qui non intelligerent defuerunt. M. enim Cicero in oratione pro domo sua ad Pontifices non impie de pietate sentiens, Equidem, inquit, sic accepi Pontifices in religionibus suscipiendis caput esse interpretari quae uoluntas deorum immortalium esse uideatur. Nec est ulla erga deos pietas

mg 2. Timo.3 | mg Pietas quid |

## AD TIM. CAP. III.

145 nisi honesta de numine eorum ac mente opinio, quum expeti nihil ab iis quod sit iniustum et inhonestum arbitrere. Haec Cicero. Et sane uox  $\nu\sigma\acute{\epsilon}\theta\epsilon\iota\alpha$  quae Latinis Pietas dicitur ex etymo sonat bonus siue uerus cultus, religionem ueram uertit alibi D. Hierony. Et Aurel. Augustinus epist. ad Macedonium 52. Pietas est inquit, uerax ueri dei cultus, unde omnia recte uiuen di duci oportet officia. Et ad Hierony. epist.29. Pietas ait, quam Graeci uel  $\nu\sigma\acute{\epsilon}\theta\alpha\alpha$  uel expressius et ple nius  $\theta\rho\omicron\sigma\acute{\epsilon}\theta\epsilon\iota\alpha$  p uocant, aliud non est quam iustus dei cultus. Si ergo pietas uoluntatis diuinae iusta est cogni tio, si uerus dei cultus est, Voluntas autem dei est ut credamus in eum quem misit ille, et ut mutuo diliga mus inuicem, cultus idem dei consistat in fide et charitate, necesse est ut apostolus in fide et charitate uoluerit nosmetipsos exerceri cum in pietate exerceri praecepit. Ita consequetur etiam

155 prophanas et aniles fabulas esse quaecunque a fide et charitate aliena sunt. Prophanum enim est quicquid a sacrosancta fide ali enum est. Et apud Graecos quoque usurpatum est prouerbum  $\gamma\rho\alpha\ \mu\ \theta\lambda\omicron\varsigma$ , quod Latinis sonat Anicularum deliramenta. Id quod dici solebat de nugis inanibus cuiusmodi effutiunt uetulae, cum iam sexus uitio uitium aetatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. Est apud nos quoque frequenti in usu ut de

160 rebus nihili et uanissimis dicamus, Is sye ollter myber tanot.

[ p.142 ]

mg Ioan.6. 1.Ioan.3e |

## COMMENT. IN I. EPIST.

*Nam corporalis exercitatio paululum habet utilitatis, at pietas ad omnia utilis est, ut quae promissiones habeat uitae praesentis et futurae.*

Causam siue rationem adiungit praeceptioni. Ideo inquit iubeo imprimis et assidue pietatem inculcare, quod haec sit ad omnia utilis, exercitatio uero corporalis paululum habeat utilitatis. Pietas autem quid sit iam iam exposui. Caeterum per Exercitationem corpo ralem Ambro. intellexit ieiunia et omnia carnis frena, disciplinas uidelicet externas

165 quibus ferocientem edomamus carnem. Et sane uoluit Paulus semel omnem illum exteriorem cultum et disciplinam notare per corporalem exercitationem ut hic non tantum ieiunia, uigilias, delectum ciborum et uestium, corporis castigationem, sed omne

intelligat quod externa obseruatione in corpore fit. Haec quidem si moderate et in fide  
 170 fiant non prorsus inutilia sunt. Praeparant enim corpora nostra ad officia pietatis, uerum  
 in eis non consistit solida pietas, imo nisi prius adsit pietas ista proderunt ad nihilum.  
 Sed et omnes dei in scripturis promissiones fidelibus et charitatem per opera pietatis  
 exprimeutibus pollicentur tam praesentis

## AD TIM. CAP. III.

[ p.143 ]

bona quam futurae et aeternae uitae gaudia. Nullibi legas quemquam ob corporalem  
 exercitationem apud deum esse iustificatum. Fide placuerunt deo quotquot a mundi  
 175 exordio placuerunt. Et charitatis opera non corporis exercitia exiget dominus cum  
 uenerit iudicare uiuos et mortuos. Denique et sancti patres omnes approbarunt se deo  
 fide innocentia et charitate et non ceremoniis et disciplina externa. Id quod Stephanus  
 quoque demonstrat Acto. cap.7. Vbi ergo nunc sunt praecepta Monachorum de cultu dei  
 180 et uitae san ctimonia? Confixa hic ruunt omnia, neque enim aliud sunt quam prophanae et  
 aniles fabulae. Paraphrastes ea quae de pmissionibus scripsit Apostolus paulo diuersi us  
 exposuit. Cuius uerba si quis requirat haec sunt, Cae terum euangelica pietas quae nititur  
 sincera fide ueraque charitate nullo non tempore in nullauitae parte non estutilis quae  
 compendio profitetur quicquid uel in praesenti tempore sit expetendum uel sperandum  
 185 in futura, adeo ut non sit opus ullum aliunde praesidium uenari nobis. Quae expositio ut  
 superiori non repugnat ita nihil habet impietatis. Deligat ergo lector pius quod sequatur.

*Indubitatus sermo dignusque qui omnibus modis approbetur. Nam in hoc et laboramus  
 et pro*

mg Hebrae. ni. | mg Matth.15. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

*bris afficimur quod spem fixam habemus in Deo uiuente qui est seruator omnium  
 hominum maxime fidelium.*

Confirmat quod dixit pietatem esse utilem ad omnia ut quae habeat promissiones praesentis ac futurae uitae, Quod itaque proposui inquit de pietate uerum est et indubitatum planeque dignum quod recipiatur ab omnibus. Quod autem uerbis tantopere inculcatus et pro indubitata ueritate uenditamus apud omnes hoc ipsum re ipsa corpore et  
 190 afflictionibus nostris in dubitatum esse comprobamus. Nisi enim persuasissimum mihi esset in solo deo uiuente salutem esse quam nobis Christi contulerit meritum, certe non tam infra cto animo huius uitae aerumnas, carceres, impiorum plagas et uarias mortes perpeterer. Nunc autem post habita exercitatione corporali, neglectis ceremoniis et umbris Iudaicis imo reiectis semel omnibus quae mundus miratur externis solam  
 195 euangelii pietatem praedico docens Christum dominum uenisse non uni alicui genti sed seruandis omnibus qui modo perfidia seipsos non fecerint indignos hac salute. Sola

enim fide haec percipitur, charitate exprimitur. Atque huius quidem doctrinae gratia multa perperior, sed uolens et lubens, ita simul testificans uerum esse quod doceo.

## AD TIM. CAP. III.

[ p.144 ]

200 Tam uidelicet certa est pietatis doctrina, ut huic merito cedant quaecunque de exercitatione corporali prodiata sunt a superstitiosis hominibus. Haec enim certa imo indubitata sunt, idcirco digne iam subiungit.

*Praecepta haec et doce. Nemo tuam iuuentutem despiciat, sed esto forma fidelium in sermone, in conuersatione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate. Donec uenero attende lectioni, exhortationi doctrinae.*

205 Infert nunc quod potissimum hac intendit disputatione. Haec, inquit, tam uidelicet certa et indubitata adeoque; ab ipso profecta Christo, fideliter et constanter praecipere, hoc est multa et matura cum autoritate tradere et sic tradere ut totus in hoc sis quo omnes intelligant solam pietatem esse ad salutem consequendam utilem. Ista uero omnibus quoque nobis dicta putabimus quicumque diuina ordinatione praesumus ecclesiis Christi. Caeterum cum communis quaedam sit et praesumpta opinio contemptibilem esse adolescentiam et Timotheus admodum tenere esset adolescentiae, per occupationem subiungit, Nemo tuam iuuentutem despiciat. Quasi dicat, Neque est quod iuuenis licet in

mg Doctrinae episcopi sana. | mg Adolescentia cana non contemneret.

## COMMENT. IN I. EPIST.

210 re tanta uerearis aut cedas improbitati diuersa docentium. Alibi sit humanitati locus, hic ubi salutis periculum uertitur proferenda est autoritas. Neque spectandum est quot annos uixeris sed quod munus geras. Hic senex est quisquis uitae integritatem quisquis morum praestat grauitatem: ita ergo uersandum tibi atque uiuendum est ut nemo iuuentutem tuam possit despice. re. Id autem qua ratione fiat consequentibus

215 exponit. Si uidelicet ita se componat ut fideles in ipso habeant exemplar  $\mu\lambda\acute{o}\gamma$  in sermone uel doctrina. Hoc est si nihil aliud doceat quam pietatem ueram. Deinde si conuersatio eius sancta sit, pudica, sobria, et irreprehensibilis, quae doctrinae respondeat per omnia. Hinc si dilectione praeditus sit haud uulgari sed eximia ex qua faciat omnia officia. Item si non desit spiritus prudentiae fortitudinis et constantiae. Quibus si accedat

220 puritas morum et animi et maturitas nihil habens commixtum iuuenilium ineptiarum cupiditatumue, efficient quo minus aetas alians suspecta ueniat in contemptum. Ex quibus colligimus immerito quosdam homines die conqueri iacere auctoritatem ministrorum uerbi ut quos rudis plebecula despiciat nimium, Cur enim non obsequuntur Pauli consilio et uitam doctrinamque suam ita instituunt ut merito non possint contemni a quoquam.

225 Propria sane ipsorum culpa et inertia fit quod contemnantur cum uon modo prophani sine

## AD TIM. CAP. III.

[ p.145 ]

sed indocti quoque et ab omni germana pietate alieni. Discimus praeterea hominum ingenia non a uetustate ut uina esse aestimanda, sed ab ipsa probitate et eruditione. Iuuenes fuerunt Daniel, Daud, Samuel, Ieremias, et alii multi in utroque testamento egregii uiri. Im probantur autem in sacris literis non semel senes imprudentes et impudici. Interim uero non negamus uitae usu multaque rerum experientia parari prudentiam, unde etiam agnoscimus sanctam senectutem sancte esse colendam. Iam et studia in quibus se exercent episcopi egregie praescribit et informat. Nullam uero hic agriculturae mentionem facit, neque episcopos manuariis sellulariisque artibus aut opifitiis affigit, quo magis miror quae illos hodie agat daementia qui malunt commendari se a stiuua, malleo, dolabra aut lima, quam ab assiduo sacrarum et honestarum literarum studio. Obiciunt fortassis Paulum quoque exercuisse opifitium manuarium. Sed cur non expendunt quod reliqua Pauli dona nondum assequuti sunt. Paulus enim summam eruditionem summae coniunxerat eloquentiae, et ut uas dei selectissimum erat ita nulla sacrarum literarum nesciebat mysteria. Primitias enim spiritus una cum apostolis reliquis acceperat. Isti uero egregii si Diis placet Pauli imitatores Musas ac literas sacras nondum a limine salutarunt, pariter et uulgari eruditione et eloquentia destituti sunt, quae

---

*mg* Studia et exercitia episcopi. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

interim si saperent assiduo assequi studio conarentur. Quod si quicquam apud eos ualet Paulina autoritas quare non audiunt praecipientem Attende lecti oni exhortationi doctrinae? Vere enim Theophylactus, si, inquit, Timotheo iniungit ut sacris literis uacet, quid nobis erit agendum? Constat enim Timotheum a cunis in sacris uersatum literis iustam habuisse apud omnes absolutae eruditionis laudem. Et Graeca Latinis multo sunt euidentiora. *πρόσεχε*, inquit, *τῆς γραφῆς*. Est autem *γραφῆς* lectio quidem sed non quaelibet imo accuratissima et certissima quasique ; persuasio quaedam. Et *προσέχο* adhaereo est, dedico, intendo, adeoque animum deuoueo. Praecepit ergo apostolus ut se totum consecret sacris studiis, nec ullam rem aliam sibi perinde habeat commendatam atque lectionem et cognitionem rerum sacrarum. Proinde grauiter peccant qui succisiuis modo horis sacra pertractant ministri, iustas horas et sese totos impendunt opifitiis. Imo arbitror apostolum Paulum succisiuas modo do horas elocasse artificio, iustas sacrarum studio. Equidem succisiuas aut secundarias horas impendisse uel opifitio uel exercitio alicui honesto laudamus plurimum. Caeterum praesentis instituti non est pluribus de lectione sacra disserere, cum quod alio uocet me institutum meum, tum quod alii de hac re melius scripserunt. Noluit autem apostolus hoc episcopi studium ef

## AD TIM. CAP. III.

[ p.146 ]

priatum, hinc adiecit exhortationem et doctrinam, quibus speciebus complexus est omne infititendi genus. Hunc ergo finem habeant studia nostra ut quam pluribus prosimus,

utque pro rei negotio uel docere, uel hortari, uel accusare, uel consolari possimus. Haec autem sunt propria episcoporum officia.

*Ne neglexeris quod in te est donum quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manuum auctoritate sacerdotii.*

Admonet Timotheum officii sui currentique admo uet calcar. Multa sunt inquit quae admonent ut gnau ter prouinciam quam nactus es administres. Habes exi mium et ad  
 265 hoc negotium appositissimum a deo datum donum, quod proculdubio excitabis ni malis accusari neglectus et inertiae. Accedit iusta ad episcopa tum uocatio. Neque enim temere ingessisti te, quod mul ti solent, sed prophetia et arcanus quidam afflatus id muneris tibi imposuit teque ad hoc sacrum ministerium designauit. Accedit praeterea et manuum seniorum impositio, quae ista comprobauit et publico muneri publice praefecit. Haec  
 270 inquam omnia admonent ut suscepto muneri respondeas per omnia. Colligimus autem nos ex hoc Pauli loco tria in cuiusuis episcopi ordinatione necessaria esse. Primum ut habeat donum

#### COMMENT. IN I. EPIST.

dei, hoc est ut sit irreprehensibilis bonarum et literarum et rerum non tam studiosus quam peritus. De inde ut iuste et sancte hoc est secundum uerbum dei eligatur ac  
 275 uocetur. Postremo ut delecto et ecclesiae quod aiunt praesentato imponantur manus. Hinc Tigurina ecclesia posteaquam quaestuosae et inordinatae episcopi Pontifitii ualedixisset ordinationi, uiros e do ctis et uerbi ministris, e senatoribus item et diacosiiis, hoc est e plebe aliquot delegit qui ex optimis hoc est honestissimis atque doctissimis diaconis ( quoties ecclesiae alicui sanctus praeficiendus est episcopus) certos senatui et plebi  
 280 statuunt. Ex his uero unum aliquem libera electione designant, quem protinus eccle siae cui praeficiendus est mittunt et commendant per legatum ac senatorem honestissimum. Atque hic quidem praestantissimus eius ditionis loci aut urbis antistes pro publica contione perorat, fiunt ab ecclesia ad Deum preces publicae, interque precandum et in conspectu totius populi imponit antistes ille sacrorum manus fu turo illi episcopo cui  
 285 et ecclesiam commendat fideliter. Haec uero plurimum momenti habere et episcopo plurimum auctoritatis conciliare nemo est qui nesciat. Certe cum ea fiunt ex institutione domini fiunt. Et apostolus hinc magna petiit argumenta quibus Timotheum sui admoneret officii. Eadem optimum quemque non poterunt non commonere grauitur quoties

mg Mos Tigu rinae ecclesiae in ordi nandis epi scopis. |

#### AD TIM. CAP. III.

ste secum expendit qua quidque ratione quoue consie lio fiat. Iam et Catabaptistae ultro  
 290 et sua sponte currentes hac ordinatione proturbabuntur ualidissime, si ea modo sancte et iuste in ecclesiis obseruetur. Illud quoque priusquam hinc digrediar monebo, hunc Pauli locum sic quoque reddi posse, Ne neglexeris quod in te est donum, nempe quod

[ p.147 ]

tibi delegatum est ad prophetae tantum, idque comprobatum manuum impositione a senioribus. Verum nullus hinc alius colligetur sensus quam quem modo indicauimus.

*Haec exerce, in his esto, ut tuus profectus manifestus sit in omnibus. Attende tibi ipsi et doctrinae, persiste in his. Nam id si feceris te ipsum seruabis et eos qui te audierint.*

- 295 Epilogus est superiorum. ταυτα inquit μελετα, Haec meditare. Est autem meditari tam animo quam corpore adeoque totis uiribus in rem aliquam perficiendam incumbere. In his esto, hisce te exerceto iugiter, constanter, et uehementer, adeo ut in tota plebe appareat tua sedulitas et fidelitas, hoc est, ut ex pia doctrinae sancta omnes reddantur meliores. Finis enim huius negotii est ut prosimus non ut gloriam no

## COMMENT. IN I. EPIST.

- 300 stram quaeramus. Imo non negligit sese qui gnauiter suum facit officium, negligit qui segniter suam prouinciam administrat. Vnde protinus sequitur in Paulo, Attende tibi ipsi et doctrinae, persiste in his. Germanus uerteret, Mab gut adt sorg vnnd flyss vff oique selbe vno nff die leer, ut uidelicet doctrinae non repugnet uita. Addit utilitatem et praemium, Hinc enim inquit geminum capies fructum. Primum seruabis teipsum, 305 deinde eos qui te audierint. Atque haec qui dem tanti sunt momenti ut nihil supersit in orbe quod eum mouere possit quem ista non mouent.

## CAP.V.

*Seniorem ne saeuus obiurges, sed adhortare ut patrem, iuniores ut fratres, mulieres natu grandiores ut matres, iuniores ut sorores cum omni castitate.*

- Iam praescribit Episcopo formulas quasdam generales quomodo se gerat in docendo et exhortando erga cuiusuis aetatis et ordinis homines, item quomodo se gerat erga uiduas presbyteros dominos ac seruos. Principio uult doctrinam exhortationem adeoque obiurgationem episcopi ab omni tyrannidis specie quam alienissimam esse, cum quod 5 iusta quaedam lenitas, quae uidelicet ad molliciem et sceleris impunita

mg Opiurgatio episcopi |

## AD TIM. CAP. V.

- tem non deflectit, deceat episcopum, tum quod ingenium hominis ferme sic est ut malit duci quam cogi. Seniori ergo, ait, μη πη λήξις id est ne plagam inflixeris, quod perinde est ac si dixisset Seniore[m] ne asperet et saeuus obiurges. Est enim in uerbo metaphorica deflexio translatiua. Et Latini uerba linguae usurpant pro maledicentia saeua. Reliqua uero plana sunt. Postremam particulam μ πάση αγνεία In omni puritate, quidam referunt ad mox praecedens membrum, quasi uoluerit abesse omnem impudicitiae suspicionem: ut sit sensus, iuniores castigabis sic ut sorores, idque puritate

[ p.148 ]

tantaut impudicitiae nulla uel suspitio appareat. Alii uero mea quidem sententia multo  
 melius retu lere ad omnia praecedentia membra, ut sermo episcopi siue cum senioribus  
 15 agat, siue cum iunioribus, siue cum puellis purus sit ab omni specie uel saeuitiae uel  
 contumaciae uel auaritiae uel odii.

*Viduas honora, quae uerae uiduae sunt. Quod si qua uidua liberos aut nepotes habet,  
 discant primum propriam domum pie tractare et uicem rependere maioribus. Hoc enim  
 est honestum et acceptum coram deo.*

## COMMENT. IN I. EPIST.

Nunc praecipit de Viduis et copiosius quidem quod plurimum fraudis hic committeretur  
 a quibusdam Ephesiorum uiduis. Constat autem cum ex  $\sigma$ . cap. Act. apost. tum ex  
 praesenti loco ecclesiae munificentia et liberalitate in reliqua egenorum turba uiduas esse  
 20 alitas. Quemadmodum uero in optimis quibusque institutis hominum auaritia et malitia  
 suum quaerit compendi um, ita nimis impudenter in egenorum turbam immiscebant se hic  
 quoque citra delectum uiduae omnes, unde apostolus coactus est paulo circumspectius de  
 his curandis et suscipiendis disserere. Principio in genere praecipit, Veras honora uiduas.  
 Deinde uero per speci es quasdam exponit quae sint uiduae uerae, quae suscipi endae,  
 25 quae relegandae. Poterit hinc quoque certum formari iudicium De alendis pauperibus,  
 et qui digni qui item indigni sint alimonia et stipendio ecclesiasti co. Illud quoque hinc  
 euidetissime probari potest quod ad episcopos cura pauperum pertineat, non quod  
 orationem et praedicationem uerbi dominici iubeantur deserere et mensis ministrare, sed  
 quod officii eorum sit diligenter inuigilare ut illi qui pauperibus prae fectione sunt pauperes  
 30 non negligant aut fraudent sed bona fide curent: uerum redimus ad uerba apostoli.  
 Viduas inquit honora, id est consilio auxilio et subsidio iuuu ecclesiastico. Sic enim ipse  
 apud Matth, dominus in cap. is5. uerbum honorare exposuit. Significanter

mg De uiduis. | mg Acto. 6. |

## AD TIM.

uero et in loco adiicit Paulus, Quae uerae uiduae sunt hoc est orbatae desolatae et uiri  
 uirium necessariorum et liberorum solatio destitutae. Immiscebant se enim, quod iam  
 35 diximus, uiduarum turbae quae uerae non erant uiduae neque merebantur ecclesiastico  
 subleuari sub sidio. Suppetebant enim aliis et uires et facultates, aliae uel necessarios  
 habebant uel liberos. Atqui opes ecclesiasticae non alendis delitiis fouendoque otio,  
 sed re creandae calamitati, praeterea egenis et pauperibus non opulentioribus et sua  
 ope ualidis inseruire debent. Ideoque subiungit protinus, Quod si qua uidua liberos aut  
 40 nepotes habet, ea uiduitatis praetextu nequaquam subterfugiet naturae debitum et pietatis  
 officium, quin potius discant omnes uiduae imprimis domum pro priam id est liberos  
 et nepotes  $\upsilon\sigma\epsilon\rho\omega\mu$ , id est nutri re sancte et pie instituere, atque ita uicem rependere  
 maioribus, hoc est ea liberis et nepotibus impendere officia quae ipsis quoque impensa  
 sunt a maioribus, qui si omnem liberorum curam abiecissent ait et otioso ali cui uiuendi

[ p.149 ]

45 generi sese dedidissent, quemadmodum uos in praesentiarum neglectis relictisque liberis ociose et secure cupitis ali ecclesiae stipendio, periissetis proculdubio. Cur igitur perdere uultis nunc quos dominus praecepit seruare. Ad hunc uero modum et D. Ambrosius hanc Pauli sententiam retulit ad uiduas. Theophylactus existimauit referendam esse ad filios

## COMMENT. IN I. EPIST.

50 et nepotes, in hanc nimirum sententiam, Quod si qua uidua est quae orbata quidem marito sed filios ad huc et nepotes habet, hi ne utquam committere debent ut illa ad patrociniū confugiat ecclesiae, sed ipsi potius huic ut necessariis et familiaribus reliquis prospiciant. Nam pietas hoc postulat ut non modo liberos et propriam curemus domum sed pietatem quoque mutuam referamus iis a quibus accepimus primordia uitae. Vtraque sententia  
55 non male congruit Paulino inflitūto. Ad utramque sequitur causalis illa sententia, Hoc enim est honestum et acceptum coram deo. Nam si sacras uerses historias inuenies sanctissimos homines educandis liberis et nepotibus et incubuisse studiosissimi me et maioribus mutuam pietatem quam officiosissimi me retulisse. Notissimum est et Graecorum  
60 *υπιελαργου*, de quo et Eras. Rot. in Chiliadum opere. Vbi ergo nunc sunt monachi et monachae, delicatulae, quae neque liberis educandis et pie instituendis inui gilant, neque uicem rependunt maioribus? Abdunt enim se in cauernas, imo in Adonidis illos hortos suos in quibus otiose et delicate uiuunt, neque ulla nepotum parentum aut necessariorum cura tanguntur. Vbi nunc sunt quibus infame et parum uidetur esse Christianum sed magis diffidentiae argumentum, si quis cu ret rem domesticam? Discant hinc quoque  
65 Catabaptistae quid per domum intelligat Paulus, liberos nimirum et

## AD TIM. CAP. V.

nepotes, ne porro a scripturis alienum credant quod dicimus Apostolos baptisasse infantes. Constat enim domos ab istis esse baptisatas. Discant item ex hoc Pauli praecepto qui  
70 aerario ecclesiastico praefecti sunt quos recipiant ecclesiae stipendio alendos. Quod enim de uiduis dicitur id et de egenis in uniuersum, quod dispensandi rationem attinet, intelligitur.

[ p.150 ]

*Porron quae uere uidua est ac desolata, sperat in Deo et perseuerat in obsecrationibus ac preceationibus noctu dieque . Porro quae in delitiis uersatur ea uiuens mortua est. Et haec praecipe ut irreprehensibiles sint. Quod si quae suis et maxime familiaribus non prouidet, fidem abnegauit et est infideli deterior.*

Haec ad expositionem eorum pertinent quae proposita sunt. Dixerat eas uiduas esse honorandas quae uere sint uiduae, nunc ergo demonstrare incipit quae nam sint uere uiduae. Illa, inquit, uere uidua est quae mariti, liberorum, nepotum, denique omni huius mundi solatio, deftituta, a solo deo pendet, et in hunc omnemspem fixit, ideoque non  
75 ociosa et delicatula rebus

*mg* Quae nam sint uere ui duae. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

intenta est uanis, sed seriis piis et sanctis, hoc ect, quae instar Annae (cuius in 2. cap. euangel. histo. meminit Lu cas) noctes atque dies impendit precibus sacris sedula as siduaque est in omnibus officiis pietatis. Hic uero orationis filum nonnihil interrumpens connectit uerae ui duae, fucatae exemplum siue notationem. Quae uero in delitiis uersatur, 80 inquit, eaiuens mortua est. Sunt enim uiduae quae pietatem praetexentes nihil quam delitias otium et licentiam carnis quaerunt, nempe ut hac ratione subterfugiant molestias quas uberrime pro fundit liberorum educatio et maiorum nutritio, ut subducant se a cura domestica et mariti imperio, utque libere et sine ullius magisterio quod lubet uel faciant uel omittant. At tales, inquit apostolus, uiuentes mortuae sunt, Neque enim uiuere 85 existimandi sunt homines qui carni non Deo uiuunt, cum extra pietatem non sit uita. De huiusmodi mortuis loquutus in euangelio do minus ad adolescentem quendam petentem ut ad suos redire et funera parentum curare liceret, dixit, Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu uero sequere me. Sed et apud gentes sunt proueria quae plurimum huc faciunt. Sophocles enim prouerbiali figura dixit in Antigone, ut est in in Chiliadibus, οὐ τίθεμε 90 γὼ Σι το τορ, λλ α τυχομ γο μααι νεκρόμ, id est, Hunc ego uiuere

\_\_\_\_\_ *mg* Viduae fu catae. | *mg* Matth.8. |

## AD TIM. CAP. V.

Haud arbitror, uinum at cadauer inalco. Coepit itaque et uiuum cadauer, et uiuum sepulchram de iis dici qui sic uiuunt ut nihil uita dignum agant. Paulus ergo delicatam uiduam iudicauit esse mortuam, id est nihil minus quam uiduam, utpote in qua praeter inane nomen supersit nihih Subiungit his protinus generale praeceptum, Et haec praecipe 95 ut irreprensibili les sint, hoc est, Quandoquidem ergo non deerunt qui omnino uiduae et esse et uideri uolent, tu praecipies ut ita se gerant in uiduitate ne cui praebeant ansam male suspicandi. Tandem uero in desertrices illas uiduas ut absterreat a uitae instituto inhonestissimo di stricte sic pronunciat, Quod si qua his praeceptionibu contemptis perrexerit liberorum aut nepotum aut qui alioqui ad eius familiam pertinent curam excutere, ea merito non mortua tantum censebitur, sed perfida quoque et infideli deterior. 100 Vel quia hoc officii si bi naturae uinculo iunctis negat quod ethnici nulla legum necessitate sed naturae instinctu suis praestant. Vel quod grauius sit peccare eum qui sub lege uiuit, quam qui non subiectus est legi. At hodie summa habetur pi£ etas si quis domi relictis liberis et uxore aut etiam grandaeuis parentibus uel Hierosolymam abeat, uel in 105 monasterium abdat sese sibi uicturus aut fortassis etiam uentri. Vide quo impudentiae uentum sit in ecclesia Chrisui Nec impari prorsus daementia desipiunt hodie.

\_\_\_\_\_ *mg* Minae in ui duas desertrices. |

[ p.151 ]

## COMMENT. IN I. EPIST.

et Catabaptistae. Relictis enim uxoribus liberis et familiaribus quibusdam sane non omnino male institutis hactenus, tanquam attoniti et phanatici homines circumcursitant atque ita se pomeria regni Christi propagaturos deiurant, cum interim et rem familiarem concoquant subuertantque totam, et ecclesiam Christi miris modis obturbent. Caeterum ut uno uerbo rem istam ab soluam, Viri boni honestaeque matrisfamilias est deum timere, familiae prospicere et quenque in sua uocatione manere. Ista qui negligit et curiositatem excolit, non est quod se fidelem esse uel credat uel iactitet, reuera enim impostor et contemptor est diuinae legis.

*Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quae fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis hominum testimonio comprobata, si filios educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministrauit, si in omni opere bono fuit assidua.*

115 Semel coeperat ueram describere Viduam, filum orationis interruptit interim, at nunc redit et exactis sime delineat quam uelit suscipi uiduam. Necessesse enim

mg Anni ulduae. |

## AD TIM.

est ut in his recipiendis habeatur delectus, partim ne supra uires oneretur ecclesia, partim ne officium conferatur in indignas. Duo autem requirit in uera et Christiana uidua Paulus, aetatem uidelicet et uitam anteactam. Aetatem inquam grandaeuam uiribusque effoe tam, gignendis educandisque liberis uel incongruam uel diutina exercitatione fessam. Ideoque ne recipiatur, inquit, uidua minor annis sexaginta. Atque carel haec aetas plerumque omni suspitione impudicitiae. Deinde uitam in ea requirit pbam, nec illam modo qua nunc uiuit sed qua uixit olim. Siquidem ne huic quidem aetati putat fidendum nisi eam uita anteacta commendat. Iam itaque species siue specimina quaedam purioris uitae recenset, quae cum manifesta et exposita sint non est quod pluribus explicentur. Si inquit unico fuit marito contenta nec cupiditate uicta pluribus se prostituit, si benefactis sibi parauit laudem et honestam existimationem apud homines, uirtutesque eius praedicentur ab omnibus, si liberos sancte in omni pietate educauit, si fuit hospitalis, aut si propter fortunae tenuitatem hospitalitatem exercere nequiuit, sanctorum tamen pedes lauit, hoc est fidelibus officiis sese submitit et charitate per omnia inseruiuit. Nam ablutio pedum abiectissimum quidem inter officia comprehendit synel docha quadam reliqua et maiora omnia, id quod ui pIoan cap, colliquescit. Rursus si, inquit, egestate

[ p.152 ]

mg Vita anteacta uidux |

## COMMENT. IN I. EPIST.

laborantibus et afflictis de suis subministravit facultatibus, breuiter si nullum opus bonum  
 praetermisit, sed potius in omni iustitia facienda fuit assidua: si inquam talem inueneris  
 135 uiduam non dubitabis inopiam eius facultatibus subleuare ecclesiasticis. Hac uero lan-  
 ce hac regula metietur expendetque uir ecclesiasticus quos e pauperum turba recipiat  
 in eorum numerum qui ecclesiastico aluntur stipendio. Si uero prexerimus mimos,  
 scurras, scorta, lenas, ambubaias, decoctores, milites, nebulones, et hoc genus omne  
 ecclesiasticis nutrire opibus, sentiemus aliquando potentem illam dei manum quam  
 140 monachis et sacrificis pontificiis ab utentibus bonis ecclesiasticis uidimus inflictam  
 grauiter. Confutatur item ex praesenti loco Pauli quicquid de anno probationis nugati  
 sunt impurissimi monachi. Equidem insigne est humanae infirmitatis argumentum, quod  
 apostolus tantus noluit uiduam recipi minorem annis sexaginta. Arbitror profecto hoc apo-  
 stoli iudicium egregie nobis obseruandum tenendumque ne praecipitanter et inconsulte  
 145 nimis agentes adulterii, fornicationis et scelerum nephandissimorum auctores fiamus.

*Porro iuniores uiduas reice, cum enim lasciuire coeperint aduersus Christum, nubere uolunt, ha*

## AD TIM. CAP. V.

*bentes condemnationem quod primam fidem reiecerint, simul autem et otiosae discunt circumire domos, imon non solum otiosae uerumetiam garrulae et curiosae, loquentes quae non oportet.*

[ p.153 ]

Adhuc exprimit planioribus et pluribus uerbis quod quidem ex disputatis colligi potuisset  
 sed minore cum autoritate. Ergo νεωτέρας id est iuniores inquit et minores annis  
 sexaginta uiduas a stipendio uiduarumque collegio procul arcebis ecclesiastico. Atque  
 hic causas recenset cum uarias tum grauissimas. Prima huiusmodi est, Quae recipiuntur  
 150 uiduae quasi carni et mundo iam mortuae ueluti Christo nubunt et spem de se praebent  
 nunquam se ad coniugia mundi aspiraturas. Caeterum cum uires sint adhuc integrae et  
 anni ad nuptias congrui, quibus iam accessit otium potissimum et efficacissimum ad  
 excitandam alendamque libidinem incitabilem, fit ut uictae iam cupiditatibus of ficii et  
 155 lasciuire, quod deductum est a uerbo σεπεμ ceu metaphora sumpta a iumentis quae cum  
 pabulo ferociunt, auellunt habenas et suoapte arbitrio feruntur) incipiant

mg De uiduis iunioribus. | mg νεωτέρας η σωσοι. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

et omnino nubere uelint. Et sane nubere per se quidem uitio caret. Honorabile enim  
 est connubium apud omnes. Quia uero fidem et Christo sponso et ecclesiae dederunt  
 semel, et sese sua sponte abdicarunt connubio, hinc lasciuia et nuptiae earum in ignomini  
 160 am uergunt Christi, id quod Paulus dixit Lasciuire ad uersus Christum. Et prophani

homines culpam istam iis non imputant quorum uitio fit, sed religioni omnem et Christo impingunt, clamantes, Haec illa nimirum egregia uiduarum Christianarum castimonia est, haec sacrosancta Christianorum fides, haec denique illa ecclesia est quae libidini nutrimenta suppeditat, seilicet. Atque hoc quidem alterum uitium est quo et Christum et ecclesiam totam denique religionem infamant. Ad haeret huic et alterum, nempe quod uiduae sibiipsis perpetuam inurunt ignominiae maculam, dum scilicet fidem pactam soluunt. Paulus enim per κρ μα id est iudicium, quod interpretis noster non male uertit condemnationem non intellexit animae perditionem sed maculam infamiae in nadedr unno furzugldao man sy diumb vssryot vno bsoillt. Verum at tigemus hunc locum et in Comment. nostris in cap. 23. Act. apost. Et Paraphrastes eodem modo hunc locum explicans, Atque interim hanc infamiae maculam, inquit, sibi contrahunt, quod fidem quam Christo p a cti uidentur fecerint irritam, duplici nomine notandae

## AD TIM. CAP. V.

et quod temere susceperint professionem castitatis non satis exploratis uiribus, et quod a suscepta resilierint. Impugnat hic locus Vota et uitam monasticam in uniuersum omnem quam fortissime. Idem enim iudicium est de Monachis et Nonnis quod de Viduis. Tam aperta et firma sunt hic omnia ut solus hic locus Vota prohibuisset monastica, nisi peccata nostra meruissent aliud. Supersunt et alia incommoda istis haud meliora. Tametsi enim non lasciuiant, inquit, aduersus Christum neque uiolent pactam fidem, attamen conuersionem uitae ita instituunt ut plane dedecori sint ecclesiae. Otium enim omnium uitiorum suscitabulum et alimentum docet illas oberrare per aedes alienas, atque in his nugari et garrere quae uiduas imo honestas mulieres non decet. Accedit his et curiositas quae et haec et aliam ipsas pariet dedecora. Et curiositas quidem foedum in omnibus hominibus, praecipue autem in foeminis uitium est. Atqui hisce uitiiis omnibus certo ita inuoluentur scio ut uiduitas ipsarum plus ignominiae quam gloriae habitura sit in ecclesia. Quid ergo fiet?

[ p.154 ]

*Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare aduersario ut habeat maledicendi cau*

mg Curiositas mater est garrulitatis. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

*sam. iam enim nonnullae deflexerunt sequutae Sathanam.*

Planissima sunt quae dicit, Cum ergo ait haec ita habeant tutius multo est ut uiduae iuniores nubant maritis quorum autoritate coerceatur ipsarum licentia, ut gignant liberos et administrent familiam, qua re fiet ut ab otio abstractae et garrulae et curiosae esse desinant, sed ea potius curent quae familiae sunt. Et haec plane optima est omnium mulierum disciplina, quae et coelitus ad nos delata et uoce prophetarum ac apostolorum

nobis proposita, sanctissimorum quoque hominum exemplis comprobata est, ut nunc con-  
scientia bona corruptissimam illam disciplinam monasticam diuersum praecipientem  
contemnamus et damnemus. Addit his aliud quoque praeeptum apostolus, Sic uidelicet  
uitam instituunt mulierculae ne ullam dent calumniatoribus maledicendi ansam. In quo  
195 breui accinctoque praeepto multa simul monita continen- tur. Ne ipsam exquisitor  
cultus infamet, ne oculorum nutibus et hilaritate uultus uirorum post se greges trahat et  
conueniat ei uersiculus ille uulgatus, Risit et arguto quiddam promisit oculo: breuiter ne  
quid uel dictis uel factis aut denique toto corporis habitu designet quod in impudentiae  
aut sinistram inhonestamue alians suspicionem rapi possit. Iam cum praeeptum de

mg Officia iuniorum ui duarum. |

AD TIM. CAP. V.

200 reiciendis iunioribus uiduis matrimonioque subiugandis uideri poterat alicui nimis  
seuerum, sub finem appendit praeepti sui rationem siue defensionem comprehensam  
parcissimis hisce uerbis, Iam enim nonnullae deflexerunt sequutae Sathanam. Argu-  
mentatur enim ab exemplo et ait, Non temere praecipio iuniores reicere uiduas. Iam  
enim quarundam perfidia do cuit quid ipsis fidamus, nihil plane. Nam semel susceptae  
205 in curam ecclesiae mox atque otii sensere blandimen- ta simul et lasciuere coeperunt,  
et ruptis pudicitiae uinculis scortari quoque, circumcursitare, curiose agere, cornicari,  
calumniari, breuiter sathanam imitari exintegro. Ista porro non fient cum maximo eccle-  
siae et religionis detrimento, si retineantur in officio et coniugio sancto eaque ratione  
abarceantur ab otio a hypocrisi et sanctimonia siue castitate ficta. Haec per omnia  
210 quadrant et monasticis.

[ p.155 ]

*Quod si quis fidelis aut si qua fidelis habet uiduas, suppeditet illis et non oneretur  
ecclesia, ut his quae uerae uiduae sunt suppetat.*

Verum opponit hic aliquis, Tantaue opes quan- taue uiduae meae uel ad uitam sustent-  
andam uel maritum aliquem conciliandum sufficerent non suppetunt, ic

COMMENT. IN I. EPIST.

circo ad ecclesiae cogor subsidium confugere. Respon- det apostolus, Plane non est  
necesse ut egestatis gratia castitatis professionem ulla suscipiat uidua. Debet enim  
215 horum inopia cognatorum subleuari beneficentia. Non enim par est ut Christianus aut  
Christiana cuius pietas debebat etiam alienis opitulari sibi cognatam uiduam destituat et  
alendam obrudat ecclesiae. Hinc enim sequitur incommodum duplex. Prius oneratur  
ecclesia, posterius exhaustis demum facultatibus ecclesiasticis non supererit quo alantur  
uerae uiduae. At hodie neglectis istis ueluti nunquam uel dictis uel scriptis a Christi  
220 domini apostolis audent opulentiores magnates et nobiles liberos suos ecclesiae alendos  
obrudere. Quibus enim numerosa obtingit soboles ii ex omnibus unum aliquem ueluti  
familiae columen deligunt, huic relinquunt haereditatem et facultates omnes, caeteros

uero uel fatuos uel non prorsus quidem insipidos sed infoeliciores tamen ueluti spurios  
 225 abdicant maximeque reluctantes curae committunt ecclesiasticae. Videmus enim maxi-  
 mam ecclesiasticarum facultatum portionem in huiusmodi hominum potestatem esse  
 redactam. Atque hi quidem in ecclesiasticis opibus luxuriant hodie. Multi his ueritatem  
 euangelicam renascentem oppugnant. Hi cum magnatum sanguine sint creti proceres et  
 uiros in republica pri marios habent et fautores instituti sui et defensores,

## AD TIM. CAP. V.

mutuasque utrinque sibi conferunt operas, uerum uincet tandem ueritas, restituetque usu  
 230 genuino ecclesiae suae thesauros Christus dominus. Cui gloria in saecula seculorum,  
 Amen. Haec uero de Viduis hactenus.

[ p.156 ]

*Qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime ii qui laborant in  
 sermone et doctrina. Dicit enim scriptura, Boui trituranti non obligabis os. Et, Dignus  
 est operarius mercede sua.*

Ad disputationem de Alimonia Viduarum in qua comprehendimus omnem pauperum  
 curam pertinet et tractatio de stipendio episcoporum. Nam ut paupe res ita presbyteri  
 quoque ecclesiae toti seruientes ex ecclesiastico alendi sunt aerario. Sed et Christus  
 235 ipse et apostoli ex munificentia uixerunt sponte offerentium. Et in Corinthiis scripsit  
 Apostolus, An nescitis quod hi qui in sacris operantur ex sacrificio uiuunt? Qui sacrario  
 assistunt una cum sacrario partem accipiunt? Sic et dominus ordinauit ut qui euan-  
 gelium annunciant de euangelio uiuant. Legimus praeterea in Actis apostolorum uiros  
 cordatiores facultates suas ad pedes apportasse apostolorum, quibus et paupe

mg De facultate tibus ecclesiasticis et usu earum. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

240 peribus et uiris subueniretur ecclesiasticis. Eius rei gratia et hoc exemplum imitantes  
 maiores nostri tam primarii quam plebei uiri facultates suas donarunt ecclesiis. Quo  
 ego pertinere puto regum donationes, nobilium foundationes, decimas, possessionum  
 ususfructus, ipsas possessiones, omnes denique opes ecclesiasticas. Has uero prisci  
 245 illi patres nostri et religionis uerae Mecoenates proculdubio studiosis et pauperibus,  
 non otiosis et uentibus destinarent alendis. Neque dubium est quin ueteres illi sancti  
 et docti episcopi istis sancte sint usi. Certe Gregorius ille magnus episcopus Roma  
 ad Cantuarien. Episcopum August. disertis uerbis, Mos, inquit, sedis est apostolicae  
 ordinatis episcopis praecepta tradere, ut ex omni stipendio quod accedit quatuor fieri  
 250 debeant portiones, una uidelicet episcopo et familiae propter hospitalitatem atque susce-  
 ptionem, alia clero, tertia pauperibus, quarta ecclesiis reparandis. Intellexit autem per  
 Clerum diaconorum siue studiosorum collegia. Nam et ueterum coenobia aliud non  
 fuerunt quam studiosorum collegia et pauperum xenodochia. Id quod liquet uel ex  
 Augustini uita per Posidonium conscripta, in cuius 5.11. 23. et 24. cap. plurima quae

255 huc faciunt inuenies. Hactenus ergo in dispensandis facultatibus ecclesiasticis haud uehementer peccatum est uel a mediae aetatis ac posterioris saeculi episcopis. Tandem uero ubi tempo

mg Monasteria uetusta. |

AD TIM.

rum iniuria et supina episcoporum postremi saeculi negligentia pro religione obrepisset  
superstitio, uirique ecclesiastici dominari non ministrare et principes non dispensatores  
rerum ecclesiasticarum esse uel lent, factum est ut noua religionis facie constituta in  
260 alium quoque usum conuersae sint opes ecclesiasticae, et nunc cedant non studiosis,  
pauperibus, ueris fidei sanctae praedicatoribus et iis quibus destinatae sunt ab ini-  
tio usibus, sed Pontificibus episcopisque hoc est regibus et principibus, monachis et sacrificis  
hoc est super stitionum ministris, quibus interim ex superstitiosorum hominum obsequiis  
haud parum accessit diuitia rum, adeo ut in horum potestate sint hodie cultissima et  
265 opima omnium regnorum et nationum loca, Cuius quidem rei gratia mira hodie oboritur  
omnium commixtio rerum, tam sane periculosa ut nisi huic ma turo aliquo subueniatur  
consilio damnum aliquod ma ximum toti Christiano orbi datura sit aliquando. Aurum  
quidem hoc plane Tolosanum est, neque iniustum facile uel usum uel possessorem patitur.  
Proinde non est quod huic negotio consultum putent principes et magistratus Christiani  
270 si ecclesiis direptis omnes facultates ecclesiasticas conuertant in usus prophanos. Non  
enim in hoc primitus destinatae sunt a testatoribus piis sed in usus sacros. Habent reges  
et magistratus tributa et uectigalia sua, habent aeraria publica, habent

[ p.157 ]

mg Religio pe perit diuiti as et filia deuorauit matrem. |

COMMENT. IN I. EPIST.

donationes et redditus suos iis utantur ad res prophanas et non depraedentur temere  
ecclesias Christi. Quod si omnino satisfacere suo uolunt officio, aboleant potius impios  
275 bonorum ecclesiasticorum abusus, imo si episcopi sua sponte iugum Christi recipere  
nolint reuocent ipsi pietatem auitam, restituant ecclesiae religionem ueram quantumque  
conseruandae et alendae huic sufficiat facultates ex omnibus ecclesiasticis opibus praecipue  
autem e priscis istis donationibus seligant priscumque ueteris ecclesiae reuocent  
institutum. Prisco autem instituto liberaliter et quantum cuique satis erat ipsumque de-  
280 poscebat decorum prospiciebatur ex aerario ecclesiastico studiis honestioribus et sacris,  
studiosae iuuentuti, episcopis deinde et familiae ipsorum, praecipue uero pauperibus,  
uiduis, peregrinis, ca ptiuis et necessitate in ecclesia laborantibus, quin et ad sarcta tecta  
portio opum seruabatur certa. Haec in quam omnia et si qua alia ecclesiae necessaria  
sunt re stituant prius quam ecclesiasticarum opum uel obolum tollant, aut grauissimam  
285 supremi numinis ultionem expectent. Caeterum istis quidem dispositis rite si quid sup-

fuerit id nequaquam in priuatos insumatur usus sed cedat magis reipub. uel distribuatur iustis haeredibus, aut seruetur subleuandae calamitati fu urae. Certe si animus fuerit simplex sacer et probus, dispensatio quo que iusta erit. Sacrilegi et auari perperam agent o

## 158 AD TIM. CAP. V

[ p.158 ]

290 mnia, idque in malum suum maximum. Paulus in praesenti, Qui bene praesunt presbyteri ait duplici honore digni habeantur. Intelligit autem omnes in ecclesia seniores quibus habentiae administrationis commissae sunt. Duplex autem honor duplicatum est subsidium, aut quod putauit Theophylactus abundans precium stipendiumue. Hoc uero iis maxime impartiri iubet qui laborant in sermone et doctrina. Neque enim omnes  
295 presbyteri in ecclesia laborant in sermone et doctrina. Cum enim uaria sint in ecclesia munia, non unius quoque generis ministri aut presbyteri sunt. Verum quotquot ecclesiae inseruiunt suo ministerio, stipendio quoque uiuere debent ecclesiastico. Id quod pro nunciatis quibusdam ex lege et euangelio subiectis demonstrat atque confirmat. Prius sumptum est ex Deu. 25.cap. Posterius ex Matth.10.cap. De utroque annotauimus quaedam in  
300 cap.9. prioris ad Corinth. ut et de stipendio ministris uerbi soluendo disputauimus in s. cap.ad Gal. et in5. cap.1. ad Thessalon. Iterum uero monet honore dignos esse habendos qui bene praesunt et laborant in uerbo et doctrina, nullam mentionem facit cantorum, sacrificorum, aut otiosorum hominum. De his alibi scripsit, Qui non laborat non edat. Quod interim quidam laborant strenue satis praestaret non laborare.

## COMMENT. IN I. EPIST.

*Aduersus presbyterum accusationem ne admiseris nisi sub duobus aut tribus testibus. Eos peccant coram omnibus ardue, ut et caeteri timorem habeant.*

305 Quemadmodum ministro Christi sedulo et probo debetur alimonia ita et defensio, at huiusmodi ne patrocinium inueniat aut sperare possit in scelere, sed hic quoque habeat quod metuat. Iccirco apostolus, Ad uersus presbyterum ait accusationem ne admiseris nisi sub duobus aut tribus testibus. Ratio uero huius legis haec est. Presbyter ueritatis est minister. At obsequium, iuxta Comici sententiam, amicos ueritas odium parit:  
310 quocirca metuendum est perpetuo ne quid fors tentent ex odio et inuidia qui accusant presbyterum quo licentius peccent porro. Deinde nisi integra et sacrosancta sit sacerdotis autoritas profecto per quam uilis erit eiusdem doctrina. Iam si liberum permittatur omnibus quoties libet sacerdotis uel uitam uel doctrinam incessere, plane concidit istius authoritatis. Vt itaque et autoritas sacerdotis esset illibata et doctrina eius nulla notaretur  
315 infamia praecipit apostolus ne qua aduersus presbyterum accusatio recipiatur nisi eadem legitime duorum aut trium testimonio fue

---

*mg* Priuilegia et iudicia episcoporum | *mg* Deut.17. |

## AD TIM. CAP. V.

[ p.159 ]

rit comprobata. Addit huic legi nunc aliam, Quod si accusatio isti intentata rite fuerit comprobata, certe tantum non obstabit illius autoritas aut doctrinae dignitas quominus arguatur grauissime, idque coram omnibus. Causa uero huius legis est, ne sibi ob sacer  
 320 dotii functionem placeat quisquam et mox sibi putet licere quod libet, uerum cogitet magis quod publico fungatur munere et quod peccata ipsius iam non priuata sint sed publica quodque contagio inficiant reliquos etiam. Ergo ne episcoporum impunitas pernitiosum exemplum ministret multitudini, quin potius uniuersa ecclesia, uidens ne episcopo quidem impune esse peccare, metuat certoque sibi persuadeat peccata sua non fore impunita, tam districte praecepit apostolus ut presbyterum palam arguat episcopus  
 325 syn cerior. Nemini autem hae leges nouae uideri debent. Apud omnes enim gentes concessa sunt iusta et aequa, quamuis apud alias et nimia nonnunquam ministris sacrorum priuilegia. His interim adiectae sunt et pri uatae quaedam leges quae acerrime iuberent in impuros aut negligentes animaduertere. Haec ego omnia quae scilicet intra modum  
 330 aequum et iustum consistunt hodie uellem reuocata a primariis uiris religionis nostrae, quod certo habeam exploratum ne rempublicam quidem sine istis foeliciter habituram diu. Immunitatem Papisticam et licentiam istam nimiam non probo interim,

## COMMENT. IN I. EPIST.

*Obtestor in conspectu dei et domini Iesu Christi et electorum angelorum ut haec serues sine praecipitatione iudicii, nihil faciens iuxta propensionem animi,*

Solent autem ad munia gnauiter et fideliter obeunda sacramento astringi quibus aliqua in repub. functio obuenerit. Ad quem morem apostolus Timotheum nunc obtestatur et ait, Obtestor te Timothee, per Deum patrem, quo teste et authore geritur haec res,  
 335 perque Iesum Christum cuius ministri sumus, perque electos angelos dei ministros, et istarum rerum spectatores ut ea quae tibi praescripsi hactenus praecipue autem de iudiciis obeundis serues χωρίς προκριματος, id est sine praeiudicio. Est autem praeiudicium cum ex opinione concepta temere quidpiam agitur, et iudicamus ipsi apud nos antequam  
 340 compertum habemus, cum magis ex ipsa re cognita colligenda sit sententia. ετηδieu μ ττοισομματα πρόσηλισμ, id est nihil faciens in aliam partem inclinans. Nullus enim hic affectus uo candus est in consilium, sed quod ipsa res poscit quod denique aequum et iustum iubet faciendum est. Haec uero memori mente reponenda sunt ut perpetuo oculis obuersentur nostris utque haec primum cogitemus in

mg Sancto et integro animo fiant omnia. |

## AD TIM. CAP. V.

[ p.160 ]

345 omnibus nostris functionibus, praecipue iis quibus uel iudicia agitamus uel ministros ecclesiis ordinamus. Sequitur enim quod ad haec pertinet.

*Manus cito ne cui imponas, ne que communices peccatis alienis. Temetipsum purum serua.*

Manus enim imponere aliud non est quam ecclesiae aliquem praeficere et ordinare. Caeterum hic magno et acri opus est iudicio cauendumque ne quid fiat uel ex praeiudicio uel in hanc uel illam partem. Si enim in dignus aliquis hoc est uel indoctus uel impurus  
 350 ordina tur, iam scelera quoque impuri huius hominis eum polluunt qui inexplorato aut indigno sanctam illam delegauit functionem. Manuum enim impositio communio signum est. Praeterea uidetur uitii fauere quisquis commaculatum uitii subuehit ad honores. Hic uero Paulus, Nolo te graues, inquit, alienis peccatis, uolo ut purum et illibatum te custodias. Aliena enim peccata sunt quae licet ipsi opere non faciamus  
 355 sine nobis tamen hoc est sine nostro consilio impulsu adminiculo et suffragio non fiunt, quae quidem patent latissime. Ex quibus liquido colligi potest quantis se peccatis obstrinxerint onerarintque quibus hactenus fuit ordinandi potestas. Experientia enim elamitat quales ordinauerint. Videant hodie quoque quid agant quibus

---

*mg* Aliena peccata. |

#### COMMENT. IN I. EPIST.

haec functio delegata est in ecclesia.

*Ne posthac bibas aquam, sed uino paululo utere propter stomachum tuum et crebras tuas infirmitates.*

Cohaeret hoc praeceptum cum superioribus quod in his meminisset puritatis, deinde praecepisset ut sibi ab alienis cauere peccatis, nunc ergo praecipit de usu uini ne se nimia conficeret abstinentia, hoc est ne putaret se puritati studere, interim uero sese propria peccata rimeret culpa. Nam crimen et infamiam homicidii latrociniique subterfugere ac declinare non potest quisquis nimia inedia aut nimio corporis neglectu se conficit  
 360 et officiis pietatis ante tempus inutilem reddit. Huc refero immoderata studia, uigilias nimias, labores ultra uires susceptos, et quaecunque alia huius generis sunt. Prudenter enim deus (quod ait Ambrosius) sibi seruire uult, non ut serui eius nimietate sua debiles fiant et postea medicorum suffragia requirant. Temperandum est enim ut si fieri potest coeptum obsequium gradatim prouehatur quam per inconsiderantiam minuatur. Intemperantia  
 365 ipsam animam inquietam facit ut cum de infirmitate sollicita est non tantum de data sit diuinis seruitiis. Peccant ergo grauiter quotquot abstinentia nimia et laboribus inexhaustis uires an-

---

*mg* Abstinentia episcopum decet sed non nimia. |

## AD TIM. CAP. V.

[ p.161 ]

mi et corporis exhauriunt itaque praematurato senio con senescunt, adeout cum officiiis pietatis ecclesiae debebant maxime utiles esse olim sese fecerunt inutiles. Colligimus autem ex hoc loco Timotheum fuisse abstemium. Certe Plato de legibus iubet pueros usque ad etatem XVIII. annorum a uino abstinere quod non sit necesse ignem igni addere. Inde uero usque ad XL. modice uti. Post eam aetatem se plusculum inuitare ad uitae taedium leuandum. Itaque Paulus, Paululo inquit ui no utere, idque propter stomachum tuum et crebras tu as infirmitates. Inest enim uino temperate sumpto mi ra medicandi uis. De qua re qui uult legat 2.ca.23. lib. Pli. Hoc ipsum si sumatur immodice maximorum quoquam causa est morborum, id quod idem ille Plinius testatur lib.14.cap.22. Nostri episcopi nulla praeceptione ut ui num bibant opus habent cum ultro bibant copiosius quam deceat. Freno ergo cohibendi calcaribus nequaquam exagitandi sunt.

*Quorundam hominum peccata ante manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quosdam uero et subsequuntur. Consimiliter et bona opera prius manifesta sunt, et ea quae secus habent occultari non possunt.*

## COMMENT. IN I. EPIST.

Epanaphora est. Redit enim ad id quod praecepe rat ne communicaret peccatis alienis, et ait, Nolim autem existimes omnia tuorum peccata tibi esse impi tanda, sed ea tantum quae manifesta sunt. Verbi gratia, Vixit aliquis inter uos adeo perdit ut nemo hactenus quicquam sibi de hoc homine bonae frugis potuit polliceri, huic uero communicas tu et hunc subuehis ad honores et officia publica, in quibus administrandis sui per omnia similis nihil facit laude dignum sed omnia corruptissime, istius certe corruptio et peccata merito tibi quoque imputantur, qui non nescieris cui communicaueris et quali imposueris manus. Rursus insinuat se amicitiae tuae alius quispiam et ipse corruptus et nepharius, uerum nouit interim improbitatem suam dissimulare ut humano iudicio deprehendi non possit. Tali si communicaueris aut functionem commi seris publicam in qua gerenda boni uiri officio non fun gatur sed erumpens palam factitet quod clam hactenus gessit ad occasionem in pectore, nequaquam istius improbitatis particeps eris, cum talem esse nescieris, Facit ergo apostolus duo peccati genera. In primo genere sunt manifesta illa praecedentia ad iudicium. In secundo genere sunt occulta subsequentia iudicium. Per iudicium autem intelligunt alii extremum iudicium, ego uero hominis iudicium et cognitionem intel ligo, ut praecedentia iudicium ea sint peccata qua

*mg* Alia pecca ta manife, sta, occulta sunt alia. |

## AD TIM. CAP. VI.

[ p.162 ]

pracesserunt et cognitionem nostram non subterfugerunt, quippe cum prius sint facta quam nos de homine formauerimus iudicium. Subsequentia ergo erunt quae postea facta sunt aut fiunt, et de quibus iudicare prius non licuit, utpote nondum factis. Consimilem

esse rationem bonorum operum nemo iam est qui non intelligat. Ista uero si obseruemus fideliter plurimum commodi afferent nobis in omni uita nostra. Latissime enim patet  
 405 istarum sanctissimarum legum saluberrimus usus. Nos potissima perstringimus tantum, ne quem oneremus disputatione nimis prolixa. Pii uero lectoris fuerit ista pro rerum, locorum, personarum et temporum ratione copiosius et prudentius diducere. Commentatoris uice fungor non oratoris. Indico non explico omnia. Sententiam uero uerborum Pauli quanta possum diligentia et breuitate expono.

## CAP. VI.

*Quicumque sub iugo sunt serui suos dominos omni honore dignos ducant, ne nomen dei et doctrina male audiat. Qui uero fideles habent dominos ne contemnant, sed magis inseruiant quod fideles sint ac dilecti qui beneficentiae par*

## COMMENT. IN I. EPIST.

*ticipes sunt.*

Praescribit formulam qua utantur episcopi in instituendis Seruis informandisque officiis eorum. Loquitur autem de Christianis Seruis non ministris quidem sed seruitutem seruiantibus, quale seruorum genus olim cum apud Hebraeos et Gentes reliquas, tum hodie apud Turcas frequentissimum est. Hinc uero periphrastica notatione seruitutis  
 5 ingenium notans significanter, Quicumque ait sub iugo serui sunt, id est, Quicumque libertate amissa colla sua submiserunt alieno imperio, ut non suo sed alieno uiuant arbitrio, obediant dominis suis. Sumpta est enim a bubus metaphora quorum libertas iugo cornibus imposito alligatoque opprimitur: ita uero et seruitus hominem liberum alieno subiicit imperio ut iam non sibi sed domino suo uiuat ab huius nutu et imperio pendeat.  
 10 Horum ponit genera duo. Alii enim ethnicis parent dominis, fidelibus siue Christianis alii. Iam erant in seruorum turba non pauci qui crederent Christiana libertate se quoque a Dominorum suorum liberatos esse imperio. Nam ad hunc modum argutabantur, Si dominus impius est indignum plane cui seruiat sanguine Christi redemptus. Si uero pius est dominus, iam maxime iniquum est ut a seruo officium petat quem in fide agnoscit  
 15 esse fratrem. At Paulus longe aliud sentiens praecipit episcopo ut doceat seruos obedire dominis suis. Et principio quidem

mg De seruis praeceptio. | mg Seruotum uenera. |

## AD TIM. CAP. VI.

loquitur de iis quibus obtigere domini infideles. Hi inquit, τοὺς δέιους δεσπότες, id est proprios illos dominos suos non ideo contemnant quia infideles sunt, sed omni honore dignos ducant, hoc est ament et reuerentur et quaecumque ipsis debent officia praestent fidelissime. Addit stimulum, Ne nomen et doctrina dei male audiat. Siquidem  
 20 non poterit non Christi et nomen et doctrina apud Gentes fieri infamis et inuidiosa si conspexerint uos per illam plane mutatos nunc procaciores incommoiores minusque

[ p.163 ]

25 fidos esse factos quam eratis priusquam nomen Christi profiteremini. Nil plane nouum  
 si assidue querantur doctrinam quam uocant nouam seditionis esse seminarium. Oportet  
 igitur per omnia ita nos erga ethnicos gerere ut sentiant per religionem factos esse  
 commodiores iustiores et officiosiores. Atque hac ratione si qua alia pertrahe mus istos  
 in religionem nostram, cum morum asperitate et conuitiis illos tam a nobis quam a  
 religione prorsum alienemus. Deinde hoc ipsum praescribit etiam Seruis iis qui dominos  
 30 nacti sunt Christianos. Qui uero fideles id est Christianos habent dominos, inquit, non  
 ideo contemnunt quod fratres facti sunt hoc est quia fidem receperunt et in consortium  
 uene re fidelium. Tamet si enim fides Christiana quod interiorum attinet hominem omnes  
 aequet, in Christo enim Iesu non est masculus aut foemina, dominus aut seruus,

mg Serui Christianorum. |

COMMENT. IN I. EPIST.

tobilis aut plebeius, sed omnes unum sumus in Christo, attamen quod exteriorum  
 hominem et politiam attinet rerum humanarum, praest dominus, et subest Jeruus. Vnde  
 35 alibi quoque praecepit Paulus, Reddite timorem et honorem iis quibus debetis, et quilibet  
 in sua uocatione permaneat. Et in praesenti uerbis clarissimis idem praecipiens, Tantum  
 abest inquit ut domini receptae fidei Christianae gratia aspernandi deserendi ue uideantur  
 ut hoc nomine magis sint obseruandi. Atque huius praecepti sui causam eandem per  
 antistrephon subiungit ob quam seruis domini Christiani uidebantur negligendi, ὅτι πικ  
 40 οί σοι κα) γαπητοί, οί τ ς νεργεσίας ντιλαμβαύμενοι, id est, Quia fideles sunt  
 et delecti siue contenti et beneficentiae recompensatores. Quia, inquit, iam non modo  
 domini sed etiam fratres id est fideles sunt, ideo magis nunc quam olim obedire illis et  
 inseruire debetis. De inde quia iam non morosi et difficiles sunt amplius sed per fidem  
 facti γαπητοι, qui officia uestra boni consulere norunt et aequis contenti sunt seruitiis.  
 45 Nam αγαττάω significat et diligo et boni consulo siue contentus sum. His accedit  
 tertium, Quia beneficentiae ipsorum participes estis, et nunc quidem liberalius quam  
 olim. Cum enim fidem Christi receperunt do mini uestri nunc quidem magis benefici  
 per fidem facti officia uestra in se collata munificentius recompen

AD TIM.

50 fabunt. Ad hunc modum exposuit haec Pauli uerba et Theophyl, cuius uerba si quis  
 requirat haec sunt, Domino fideli magis inseruiet, praesertim cum inte sit idem beneficus,  
 quippe qui ut te alat et uestem suppeditet et bona reliqua impartiat curis maximis  
 afflictetur. Haec Theophy. Monent haec quoque dominos officii sui. Verum qui plura  
 de hac re cupit legat quae annotaui in s. cap. ad Ephes. Porro si Christiani sunt qui  
 seruorum utuntur opera, profecto Christianorum nomine non exciderunt qui ex pecuniis  
 55 uel possessionibus usumfructum non iniquum percipiunt. Refellitur ergo hoc Pauli loco  
 peruersus Catabaptistarum error, qui Christianos esse negant quicumque uel seruorum  
 opera utuntur uel ex usufructu non iniquo uicitant. Fatemur sane perfectiorem esse qui  
 seruis suis manumissis omnes libertate donat, aut qui mutuum dat et inde nihil sperat,

[ p.164 ]

uerum nullo modo patietur ueritas ut Christiano priuetur consortio, qui seruorum opera  
 60 moderate utitur et de elocatis facultatibus fructum percipit aequum. De qua re copiosius  
 disputauit in lib. olim contra Catabaptistas aeditis, Certe episcoporum est haec contra  
 furaces et seditiosos tradere fideliter ne quis praetexens pietatem ueritatem blasphemet.

*Haecdoce et exhortare. Si quis*

COMMENT. IN I. EPIST.

*diuersam sequitur doctrinam et non accedit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi  
 et ei quae secundum pietatem est doctrinae, is inflatus est, nihil sciens, sed insaniens  
 circa quaestiones et disputationum pugnas.*

Colligit summam rei et infert nunc quod potissimum hac epistola intendit, ut episcopus  
 ecclesiis sanam doctrinam tradat. Haec, inquit, quae praescripsi hic et docui alibi doceto  
 65 fideliter, ad ea hominum animos exhortato et exerceto. Verum obiicit hic aliquis, Atqui  
 nolent multi hoc doctrinae genus, uolent aliud sibi tradi, adeoque ipsimet aliud docebunt.  
 Hic ergo apostolus, Si quis, inquit, diuersam sequitur doctrinam et c. Perstringit autem  
 ueritatis et simplicitatis Christianae aduersarios ac corruptores, docens ipsos omni modo  
 fugiendos esse. Duo uero in his praecipue accusat, studium conflictandi et cumulandi  
 70 opum siue quaestus. Quae quidem episcoporum praecipue pestes sunt, quamobrem a  
 Paulo in praesenti suis plane coloribus distinguuntur. Si quis inquit, *τεροδιδα- σκαλε*,  
 id est uel diuersa docet uel diuersam sequitur doctrinam, et non accedit sanis sermonibus  
 donini

*mg* In disputatores et doctrinae diuersae doctores. |

AD TIM. CAP. VI.

nostrum Iesu Christi, hoc est ei quae secundum pietatem est doctrinae, fidem nimirum  
 75 et charitatem tradenti, is inflatus est, nihil sciens, et ideo negligendus. Nam I. ad  
 Cor. 8. cap. idem, Scientia inflat inquit, charitas aedificat. Quod si quis uidetur sibi  
 aliquid scire, nondum ita doctus est ut doctum esse oportebat. At qui Deum diligit hunc  
 docuit atque eruditum reddidit deus. Et ad Rom. 12. cap. Dico inquit per gratiam quae  
 data est mihi cuilibet uersanti inter uos ne quis arroganter de se sentiat sed ita sentiat ut  
 80 modestus et sobrius sit ut cuique deus partitus est mensuram fidei. Pro inde uera et iusta  
 scientia intra metas fidei et charitatis manens humilis et sobria est. Vbi uero superbia et  
 arrogantia est, ubi fidei et charitatis regulae negliguntur, ibi nihil solidae est sapientiae  
 ut uerba apostoli paratus denique totus uitae habitus splendeat. Recte ergo Paulus dixit, Qui  
 non accedit sanis sermonibus Christi is inflatus est nihil sciens, *λα νοσ μ* sed aegrotans  
 85 circa quaestiones *υα) λογομαχιας*, et uerborum siue disputationum pugnas. Id quod  
 mire in eos quadrat qui omnibus saeculis pura et simplici religione ueritate de rebus nihili  
 disputare coeperunt. Cuius quidem generis sunt Valentinianorum apud Iraeneum et  
 Tertullianum deliria, et caeterae haeticorum disputationes prodigiosae. Nostro saeculo  
 quaestionum labyrinthis et uerborum pugnis inuoluerunt religio

[ p.165 ]

## COMMENT. IN I. EPIST.

90 nem circa uerba digladiantes ipsamque rem negligentes, Scholasticae Theologiae au-  
thores, ut parum in his liceat inuenire simplicitatis et puritatis apostolicae, quae qui dem  
ut simplicissima est ita abhorret ab omni uerborum pugna et quaestionum tricis. Docet  
autem quam simplicissime fidem innocentiam et charitatem. Ergo de pietate uera in hac  
95 poterit non negligi cum toti ad disputandum et rixan dum conuertimur. Caeterum hie  
non omnes damnamus disputationes sed eas tantum quae huiusmodi sunt quales iam  
describit apostolus.

*Ex quibus nascitur inuidia, contentio, maledicentia, suspitiones malae, superuacaneae  
conflictationes hominum mente corruptorum, et quibus adempta est ueritas, qui existi-  
mant quaestum esse pietatem. Se iungere ab his.*

Alterum hoc est malum ex duobus quibus diximus episcopos ceu peste infectos interire,  
studium nempe conflictandi siue disputandi. Illud iam uiribus et fructibus suis enumeratis  
100 graphice depingit. Ex huiusmo di rixosis inquit concertationibus nascitur inuidia, pri

mg Disputatio num et quae stionum fructus et utilitas. |

## AD TIM. CAP. VI.

num dum ex aliorum autoritate eleuata nobis para mus autoritatem, nec gloriam  
dei aut ueritatem sed propriam inquirimus laudem et popularium applau sum. Deinde  
nascuntur contentiones dum gliscente ri£ xarum calore nullus alii uult concedere. Hinc  
ubi res exiit in rabiem furor disputantium uberrime profundit exquisitissima conuitia, et  
105 nonnunquam a uerbis ad uerba descenditur. Praeterea nascuntur et impiae suspitiones  
in Deum et omnem pietatem dum nul lum facimus inquirendi dubitandi et ratiocinandi  
fi nem, dum ea quae simplicissima alias sunt uocamus in quaestionem. Quo mihi  
egregia certe Tertulliani uerba pertinere uidentur quae ad hunc modum leguntur in  
libello de praescription. haeticorum, Quid Athenis et Hierosolymis? Quid Academiae  
110 et Ecclesiae? Quid haeticis et Christianis? Nostra institutio de porticu Solomonis est,  
qui et ipse tradiderat dominum in simplicitate cordis esse quaerendum. Viderint qui  
Stoicum et Platonicum et Dialecticum Christianismo praetulerunt. Nobis curiositate  
opus non est post Christum Iesum, nec inquisitione post Euangeliam. Cum credimus  
nihil desyderamus ultra credere. Et paulo post, At enim si quod debui credere credidi,  
115 et aliud denuo puto requirendum, spero utique aliud esse inueniendum, nullo modo  
speraturus istud nisi quia aut non credideram qui uidebar credidisse aut desii

[ p.166 ]

## COMMENT. IN I. EPIST.

credidisse. Ita fidem meam deserens negator inuenior. Semel dixerim, Nemo quaerit  
nisi qui aut non habuit aut perdidit. Haec Tertull. Nascuntur item ex disputationibus

atque quaestionibus illis παραδ'ίτρισαι. Dicuntur autem authore Eras. congressus et  
 120 disputatio nes philosophorum Diatribae Graecis, quas hic addita praepositione inutiles  
 facit et nihil ad rem pertinentes. Addit idem Graecanica scholia admonere metapho  
 ram sumptam a scabiosis qui mutuo confrictu contactuque morbum communicant, ut sensus  
 sit hoc rixosum genus hominum scabiem suam multis ueluti contagio affricare, ut et ipsi  
 125 contendere, male suspicari, maledicere et inuidere incipiant. Et hactenus in ipsam rem  
 strinxit ealamum, iam conuertitur in personas, Iam qui hisce rebus student homines, ait,  
 sunt mente corrupti, id est quibus ratio turpibus obtenebrata affectibus, quod uerum est  
 amplius non uidet, sed gloriam sectatur et quaestum. Sequitur enim quibus adempta  
 est ueritas et qui existimant quaestum es se pietatem, hoc est qui utilitate metiuntur  
 religionem. Non enim spectant quantum Christi gloriae et publicae accedat utilitati, sed  
 130 quantum ipsis propter reŕ ligionem numeretur. His nunc infert quod intendit, Se iungere  
 ab his. Nam et sapiens praecepit, Contra uer bosum noli contendere uerbis. Et Paulus ad  
 Titum, Artrcuunt Oouuuim post unam atque alteram admoni

## AD TIM. CAP. VI.

tionem deuita. Pertinax est hypocrisis et inscitia. Proinde pietas uerum constanter et  
 simpliciter proponit et asserit, non indecore contendit. Et multas qui dem huiusmodi  
 135 disputationes moderatas et pias lege re est apud priscos ecclesiae doctores, quorum alii  
 interim sui plane obliti nimium indulgere affectibus. Scho lasticae autem disputationes  
 et quaedam nostri saeculi acerbae concertationes parum sane aut nihil plane laudis  
 obtinebunt apud posteros, quin et nuper ab il lis abhorrere coeperunt quicunque pietati  
 euangelicae operam hactenus non infoeliciter nauarunt. Quorsum uero attinet, charissimi  
 140 fratres, nouo quodam do cendi genere pietatem euangelicam propagare uelle? Si tenet  
 nos nominis Christi gloria et religio, si hanc per totum terrae orbem propagare cupimus,  
 cur non potius iis consiliis in ea re perficienda utimur qua uidemus usos domini apostolos,  
 qui nullis contentionibus disputationibus aut curiosis quaestionibus inuolue runt mysteria  
 euangelica sed pura potius et simplici ueritate euoluerunt, docentes ea quae pietatis sunt  
 145 pure et simpliciter. Quod si cui omnino collubitum est rixari disputare et quaestiones  
 nectere, nectat sane et rixetur sed deuitetur interim a fidelibus. Est enim homo mente  
 corruptus et a ueritate alienus religionem non uero iusto aequo et bono, sed utilitate  
 metitur. Si enim gloriam dei et pictatis profectum quaerit cur sa

[ p.167 ]

## COMMENT. IN I. EPIST.

nis sermonibus Iesu Christi non obedit?

*Est autem quaestus magnus pietas cum animo sua sorte contento. Nihil enim intulimus  
 in mundum, uidelicet nec efferre quicquam possumus, sed habentes alimenta et quibus  
 tegamur his contenti erimus.*

150 Descendit iam ad aliam episcoporum pestem, studium uidelicet pecuniae siue quaestum,  
 quem paulo post accusabit grauiter, in praesenti υτάρκσαμ laudat ut a lucri studio  
 abstrahat melius. Alii, inquit, quibus ueritas et religio uenalis est summam foelicitatem

existimant si opibus honoribus et uoluptatibus affluent, uerum consensus omnium sapientum credit quaestum uere maximum et beatitudinem in terris absolutissimam esse si  
 155 quis sit pius, deinde sua sorte praesentibusque rebus contentus. Hinc enim disputatum est apud philosophos solum sapientem esse diuitem, eo quod nihil concupiscat. Qui enim concupiscit adhuc, nondum satis habet: qui uero satis non habet, reuera di ues non est. Huc pertinet Psal.111.cuius initium, Beatus uir qui timet dominum etc. Et Seneca in epistola ad Lucilium egregia de hac re disputauit praecipue epi

mg Sua sorte contentum et pium esse summus quaestus est |

AD TIM.

160 stola 12o. Bias quoque apud Ausonium breuiter et sapienter hoc ipsum docuit quod hic apostolus tradit, Ait enim, Quae nam summa boni? mens quae sibi conscia recti. Quis diues? qui nihil cupiat. Quis pauper? auarus. Congruit his etiam primus ille Horatii Sermo. liber mire suggillans cupidos illos et nunquam sua sorte contentos. Instabilitatem item et incertitudinem fluxarum opum notat apostolus cum subiicit, Nihil  
 165 in tulimus in mundum uidelicet nec efferre quicquam possumus, Cur ergo diuitiis ut propriis inhaeremus, cum nostris facultatibus istas neque parauerimus neque nobiscum intulerimus in mundum, quas denique aliis si mul atque possidere incipimus relinquere cogimur. Nul lus igitur ne usus opum, dicat aliquis? Respondet, Opum usus est ut hominibus suppetant quo uestiantur et alantur. Haec ubi contigerunt homini non est  
 170 quod frau datis reliquis sibi eumulet, aut unus omnia occupare cogitet. Pulchre hunc locum exponens Theoph. Definit tandem, inquit, quid ista sufficientia sit, aitque ; suffi&cientiam esse tantum rerum potiri quantum nobis ad uictum sat est non ad luxum, et talibus operiri quibus tegatur non ornetur hoc corpus, sitque in uestem quodcunque offertur. Prudentius quoque doctissime haec Pauli uerba carmine reddens, canit.  
 175 Summa quies nil uelle super quam postulet usus Debitus, ut simplex alimonia uestis et una

[ p.168 ]

COMMENT. IN I. EPIST.

Infirmos tegat ac recreet mediocriter artus Expletumque modum naturae non trahat extra.

*Caeterum qui uolunt ditescere incidunt in tentationem et laqueum, et cupiditates multas, stultas ac noxias, quae demergunt homines in exitium et interitum. Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniae, quam quidam dum appetunt aberrauerunt a fide et seipsos implicauerunt doloribus multis.*

Exponit quantis cum periculis coniunctum sit studium pecuniae et quantum malorum auaritia episco porum pestis maxima post se trahat. Qui ditescere uolunt, inquit, non qui diuites sunt. Fuerunt enim sanctis simi uiri diuites, nullus autem sanctorum ditescere uoluit. Nam ditescere uolunt quotquot inuita quod dici solet Minerua per phas et nephas opes colligere destinarunt. Qui ergo semel apud sese statuerunt diuitias corradere

incidunt in tentationem et laqueum, hoc est in cupiditates multas easque stultas et noxias. Tandemenim onerati deprimuntur in exitium et interi

mg Pestis maxima est auaritia. |

## AD TIM. CAP. VI.

[ p.169 ]

185 tum ut neque praesentibus bonis neque futuris fruuntur. Id quod Luc.12, et 16. cap. apertissimis paradigmatis Pposuit dominus. Aristonymus quoque in historia Auari uitam pollincturae id est coenae mortui comparat ubi cum adsint caetera, laetitia deest. Quid uero uanius et stultius diuitum consiliis uel cogitari potest? Habent in his primas et postremas ambitio luxus et superbia. Atqui istis polluitur ineptis mens ad contemplationem rerum coelestium et aeternarum condita, deperitque adeo homo totus tam corpore  
190 quam animo. Se quitur enim Sententia quae haec confirmet et quam cum Bione sophista communem habet apostolus, Auaritiam esse radicem omnium malorum. Cui per omnia congruit quod Graecorum quidam dixerunt  $\tau\upsilon\mu\pi\ \phi\iota\lambda\alpha\rho\ \gamma\upsilon\rho\acute{\iota}\alpha\mu\ \mu\eta\tau\rho\delta\omicron\tau\omicron\lambda\iota\rho\ \iota\nu\alpha\epsilon\ \pi\ \sigma\eta\sigma\kappa\alpha\kappa\acute{\iota}\alpha\sigma$ , id est, auaritiam esse totius uitiositatis metropolim. Vnde etiam Cicero  
195 Officio. lib.2. Nullum, inquit, est uitium tetrius quam auaritia. Et Philostratus, Non sunt tracta biles diuitiae, inquit, debentque inter ardua et difficillima quaeque connumerari. Qui enim diuitiis inebriantur sen sum ac rationem amittunt affectumque sequuntur impellentem ad inhonestissima quaeque. Vere enim Prudentius in Psychomachia canit,  
200 Neque enim est uiolentius ullum Terrarum uitium quod tantis cladibus aeuum Mundani inuoluat populi damnetque gehennae.

## COMMENT. IN I. EPIST.

Cura, fames, metus, anxietas, periuria, pallor, Corruptela, dolus, commenta, insomnia, sordes Eumenides furiae, monstri comitatus aguntur. Buius generis et alia quaedam ex Sallustio annotaui in 2.cap.1.ad Thess. Sequitur ad haec, Quam quidam dum appetunt ait aberrauerunt a fide. Alibi enim auaritiam appellat idololatriam. Et sane fides scopum  
205 proponit Deum, studium pecuniae cupiditatem. At dominus dicit, Vbi thesaurus tuus ibi et cor tuum. Corrum puntur item animi auaritia soluiturque auro fides. Hodie etiam a uera fide longissime aberrant quidam qui pluri faciunt Mamona quam Christum. Interim dum studiose sectantur opes ut has insumant uoluptatibus et largitionibus ad honores penetrent, multis sese implicant doloribus, partim quod non sine magnis molestiis facultates sibi  
210 parant, partim uero quod illas maiori cum animi cruciatu custodiant, denique maxima cum poenitudine tandem amittant, ut nunc non referam honorum pericula et uoluptatum discrimina.

*Tu uero homo dei ista fuge, sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam aeter*

AD TIM.

[ p.170 ]

*nam, ad quam et uocatus es et professus es bonam professionem coram multis testibus.*

Conuersus iam ad Timotheum docet quae hic dece ant episcopum imo Christianum quemlibet, ut scilicet auaritiam fugiat et quae ex ipsa nascuntur, cogitet autem sese totum  
 215 Deo esse consecratum non cupidita ti et Pluto. Tu uero, inquit, qui Deo consecratus es haec indigna tua professione fugito, ueras opes sequens iustitiam, pietatem, fidem, charitatem et c. In his enim qui diues est uere foelix ueras opes assequutus est. Qui uero hisce caret, opes uel amplissimas possidet, onus habet non opes. Iustitia unicuique suum reddit, ne minem fraudat, neminem afficit iniuria. Pietas assiduum est dei studium cultus  
 220 et religio uera. Fides nititur bonis aeternis, aspernatur peritura. Charitas misericors est, condonat et libenter communicat omnibusque inseruit fideliter. Patientia spe immortalitatis et amore iusti perdurat in aduersis, fert aequo animo famem, nuditatem et omnium rerum inopiam. Nouit enim meliorem esse pauperem iustum quam diuitem iniquum. Mansuetudo animi tranquillitas est quae iram, uindictam, rixas et perturbatiores animi  
 225 affectus con pescit. Haec uero decent episcopum Christianum, hisce assequendis atque cumulandis opibus inuigilet, istas

---

*mg* Quid deceat Christia num. |

COMMENT. IN I. EPIST.

doceat ueras esse opes. Nam quanto animus corpore praestantior est tanto excellentiora sunt animi bona. Certa bonum certamen fidei. Hoc autem opus hic labor est. Conanti enim ueras animi opes assequi confertim occursitant hostes exercitatissimi, cupiditates  
 230 uidelicet creberrimae quibus infracto et audaci animo resistendum fideque est repugnandum. Atque in hoc conflictu subinde in mentem reuocandum ad quid nos uocarit dominus, non ad uoluptates et opes parandas amplas, sed ad aeterna consequenda gaudia. Difficile autem est iuxta uerbum domini diuitem ingredi in re gnum dei. Ista uero ut quam strenue et diligenter facias inuitat te tua professio quam coram multis testibus  
 235 professus es. Sic enim ab antea actis et pristino animi rerumque agendarum ardore ad maiora incitat. Quasi dicat, Hactenus magna constantia ueritatem praedicasti sed et uita pia fidem tuam attestatus es adeo ut multi sint qui praedicent uirtutes tuas, perges itaque colophonem rebus optime coeptis imponere. Alii exponunt de professione baptismatis, qua sese obuinxerit Christo, mundo autem et pompis eius renunciarit. In qua sententia  
 240 uideo esse et Ambrosium cuius uerba haec sunt, Fidei uictoria est cum omnia uita et crimina subiugantur, ut ad aeternae uitae praemia ueniatur, cuius confessio inter ipsa rudimenta fidei te ste interrogante et respondente monimentis ecclesia

AD TIM.

[ p.171 ]

flicis continetur. Et sane non raro trahuntur a sacramentis Christianorum argumenta in exhortationibus.

*Praecipio tibi in conspectu dei qui uiuificat omnia et Iesu Christi qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem, ut serues praeceptum immaculatus irreprehensibilis, usque ad apparitionem domini nostri Iesu Christi, quam temporibus suis ostensurus est ille beatus et solus princeps, rex regnantium et dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem uidit nemo hominum, neque uidere potest, cui honor et imperium sempiternum. Amen.*

245 Astringit his quoque ueluti sacramento fidelem dei ministrum quemamodum in cap.5. ut praescriptas prae ceptiones et institutiones fideliter custodiat et officio suo in omnibus satisfaciat. Caeterum quo obstringeret episcopum sacramento religiosiore hunc ueluti

mg Sacramentum episcoporum. |

#### COMMENT. IN I. EPIST.

in conspectum cuncta uiuificantis dei producit, eiusque p fessionis meminit quam dominus noster fecit sub Pontio Pilato, hoc est commonet ipsum passionis et mortis dominicae, quam interim prodere uidetur quisquis haec instituta uel negligit uel relinquit. His addit  
250 spem et amplissimum sanctorum praemium. In apparitione enim domini nostri Iesu Christi rependet dominus unicuique secundum facta sua. Per apparitionem uero domini intelligimus uel fatalem cuiusuis hominis diem, uel iudicium illud extremum quo omnis caro iudicabitur. Hic interim obiter describit gloriam et maiestatem aeterni numinis, in  
255 hoc ut sibi metueret et principi tanto adhaereret fidelius, et de auxilio et pollicitationibus eius minus dubitaret quisquis ei seruit. Porro non est quod hic quis a me prolixior expectet disputationem de eo quomodo pater solus beatus sit et immortalitatem habeat, aut quomodo lucem habitet inaccessam inuisibilis, quem nemo uiderit hominum imo ne uidere quidem possit. Ista enim doctissime explicata sunt a sanctis patribus August.  
260 imprimis in lib. de Trinit. dei, item ab Ambrosio contra Arrianos, et a Tertull. contra Praxeam. Id uero huc maxime mihi pertinere uidetur quod in haec Pauli uerba scripsit Ambrosius, Non sollicitus, inquit, de cura Timothei tam circumspectus est, sed propter successores eius ut exemplo Timothei eccle

#### AD TIM.

siae ordinationem custodirent ipsi quoque futuris formam tradentes a semetipsis inciperent. Iam cum ne mi nimum quidem ex his praeceptionibus omnibus custoditum sit nil  
265 mirum si hodie conflictetur pericliteturque ecclesia.

[ p.172 ]

*His qui diuites sunt in praesensenti saeculo praecipe, ne elato sint animo, neque spem ponant in diuitiis incertis, sed in deo uiuente, qui praebet nobis omnia affatim ad fruendum, ut bene faciant, ut diuites sint operibus bonis, ut faciles sint ad impartendum, libenter communicantes, recondentes sibiipsis fundamentum bonum in posterum ut apprehendant aeternam uitam.*

270 Multis sane exposuit hactenus quanto cum periculo coniunctum sit uelle ditescere, iam ne quis hinc colligeret diuitem esse aut uti diuitiis licere nemini, praescribit diuitibus Christianis quis usus opum et quae sint diuitum officia, adeoque ipsi episcopo leges fert quas demum tradat opulentioribus, Plurima uero praecepta dat. Primum, Ne diuites sint elato animo. Nam iu

mg De diuitibus et officiis eorum. |

## COMMENT. IN I. EPIST.

275 xta Diuerbium, Satietas parit ferociam: siue quod Solon dixisse fertur, Satietas nascitur ex opulentia, ex satietyate ferocia. Hinc uero regum sapientissimus Solomon orauit dominum diuitias ne daret sibi, ne forte exaturatus dicat quis est dominus? Secundum praeceptum est, Ne spem ponant in diuitiis. Cui non absimile est illud Daudis, Diuitiae si affluent nolite cor apponere. Sunt enim incertae et periturae. Deus aeternus et Schadai siue Saturnus est qui exaturat implet uiuificat fouet et alit omnia. Huius uirtus et beneficentia affatim suppeditat omnibus animantibus unde uiuant. Id quod Daud pluribus exponit Psal.103.Huc pertinet bona pars s. capit. apud Matth. et 12. apud Luc. 280 Qui uero neglecto deo uiuo, mammonae adhaerent, alibi ab apostolo idololatrae appellantur. Tertium praeceptum est, Vt sint benefici. In hoc enim conferuntur a deo opes ut iuste et largiter his utamur aliisque dispen semus non autem ut nos omnia occupemus soli. Hinc prouerbio recte iactatum et in sententias sapientum est relatum, Auarum nisi cum moritur nil recte facere. Exempla quoque diuitum sanctorum patrum docent beneficentiam. Et 285 diues epulo apud Lucam non ob diuitias damnatur amplas, sed ob ferociam et auaritiam uitae quoque luxum et quod pauperes negligeret nec esset beneficus. Quod si obicit diues aliquis, Verum euacuantur scrinia mea Christiana illa beneficentia

mg Gene.17. Exod.34. |

## AD TIM.

290 plurimumque decedit censibus. Hic Paulus, Diuites sint, inquit, bonis operibus. Nam bona opera demum sunt uerae opes ut nunc animi dotibus tanto plus accedat quanto magis decedit praediis, censibus, scrinio. Quar tum praeceptum est, Vt sint faciles ad impartendum, hoc est ut libenter communicent. Solet enim diuitum uulgu grauatim impartiri si quid impartitur. At deus hilarem et uolentem datorem requirit. Et munerum,

[ p.173 ]

iuxta prouerbium, animus optimus est. Sequitur ultimo loco harum praeceptionum fructus, Si inquit diuites non sint elato animo, non fidant incertis diuitiis, non cumulent  
 295 auare opes, sed benefici potius sint et libenter impartiantur, reponent sibi thesaurum in coelis, quo perfruantur ubi hinc fuerit excessum: in aeterna enim uita amplissimas reperient opes repositas, ibi inuenient magnifice extracta palatia, in quibus aeternum gaudebunt, id quod apostolus occulta proculdubio antithesi desiderii et consiliis diuitum huius saeculi opposuit, qui toti in hoc sunt ut extruant aedes amplas et congerant unde  
 300 aliquando splendide uiuant. Verum citius quam uellent efferuntur ex aedibus suis et quod magno studio diu congesserunt cedit plerumque quibus maxime noluerunt, id quod carmine uenusto cecinit poeta,

Diuitias animi solas ego iudico ueras Qui rebus pluris se facit ipse suis

## COMMENT. IN I. EPIST.

Hunc adeo ditem hunc opulentum rite uocamus Magnarum quis sit qui uidet usus opum  
 305 Calculus at si quem misere numerandus adurit Qui misere semper diuitias cumulet Hic ut apes paruo crebroque foramine fosso Sudat in alueolo mel alii comedunt.

Hactenus uero de iusto opum usu et quanta humans generis pestis sit auaritia.

*O Timothee depositum serua, deuotans prophanas uocum inanitates et oppositiones falso nominatae scientiae, quam nonnulli profitentes circa fidem aberrauerunt. Gratia sit tecum. Amen.*

Breuius subtextit Epilogum, quo paterna et fingulari cura omni episcopo sanam commendat doctrinam, facilem et inanem quorundam loquacitatem damnat. Atqui hoc  
 310 potissimum huius epistolae caput fuisse iam saepius monui. Caeterum doctrinam sanam eleganti tropo ταρακαταθίκεν id est commissum siue depositum et quasi quis dicat thesaurum uo cauit. Nam qua fide uir bonus depositum seruat eadem et maiore episcopus uerbum ueritatis custodit et cauet ne qua fraude uel mutetur uel corrumpatur

## AD TIM. CAP. VI.

ctel prorsus surripiatur. Porro ex hoc thesauro demensum cibum ecclesiae ut fidelis et  
 315 prudens dispensator diuidet in tempore suo. Sana uero doctrina corrumpitur prophana uocum nouitate et praetextu scientiae quae speciem quidem sapientiae habet reuera autem se ductio et impostura est. Intellexit autem Paulus quae cunq̄ ab hominibus aliena a uera religione inueniuntur et speciem quidem habent religionis et pietatis sed reuera ueritati repugnant. Cuiusmodi hodie multa inter Pontificios uoluntantur et reuoluntantur  
 320 tantaque necessitate urgentur ut nisi quis nouis istis formis utatur protinus habeatur pro haeretico. Verum quis nam sit istarum quaestionum et argutationum fructus ex eo patet quod sequitur, Quam nonnulli profitentes circa fidem aberrauerunt, id quod et I. cap. inculcauit. Proinde cum nullum sit doctrinae genus an tiquius purius simplius et melius quam quod autho re Christo tradiderunt apostoli, relictis omnibus aliis soli huic  
 325 adhaereamus. Ad finem epistolae propria manu fidei notam adiecit, Gratia sit tecum.

[ p.174 ]